This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

De Chirt. Medic

614
.253
C58b
R


DE CHRISTIANA, AC TVTA MEDENDI RATIONE.

Libri duo varia doctrina referti.

OPVS PIIS MEDICIS PRAECIPVE, itemque Aegrotis, & Miniſtris, atque etiam Sacerdotibus ad confitendum admiſſis vtiliſſimum.

AVCTORE BAPTISTA CODRONCHIO
Philoſopho, ac Medico Imolenſi.

QVIBVS ADDITVS EST EIVSDEM AVCTORIS Tractatus de Baccis Orientalibus, ac de Antimonio cum examine, ac iudicio aliorum doctiſſimorum Medicorum.



UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
DE LA FAC. DE MEDICINA

FERRARIAE,

Apud Benedictum Mammarellum. M D XCI.

Superiorum Permiſſu.

Soy de la Librería
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

EPISTOLA NVNCVPATORIA

CLARISSIMO EQVITI AVRATO, ac præſtantiſſimo Philoſopho, ac Medico domino Pio Aeneæ Caprilio practicam Medicinæ partem in Ferrarienſi gymnaſio ordinariè profitenti, Baptiſta Codronchius.

S. P. D.

TAnta, vt ſis doctiſſime Caprili, inter animum noſtrum,& corpus coniunctio,& neceſſitas intercedit, tanta eſt inter vtrunq; Sympathia, vt animi vitia redundent in corpus, & viciſſim corporis morbi animi vigorem impediant, ac labefactent, ea propter cum actiones, & mores à corporeis temperamentis, atq; effectionibus plurimum immutentur,& deriuent, affirmare debemus,medicos non tantum corporis,quę vilior eſt hominis pars, verumetiam animi curam ſuſcipere, etſi Theologi ab animo, Medici verò à corpore ſumant initium:Nonne & Medici caſtimoniæ, abſtinentiæque ſuaſores ſunt? moderandæ iræ, fugiendæ triſtitiæ, amoris abijciendi; ſtudioſi? & in quibuſuis denique affectibus refrenandis acres,ac ſolliciti? Compertum enim eſt, proceres noſtros efficaciter hortari ęgrotantes, vt ſi viuere velint, & ſalutarem experiri medici opem,prius animum à vitiorum colluuiæ repurgent,ideò Galenus ſcriptum reliquit, animi vitia,& affectus plerunque morbos gignere, ſeque ęgros non paucos perſanaſſe,ſolis animi motibus ad debitum modum reuocatis. (l.d̃ ſan. tuẽ.c.s) Quamobrem non eſt, cur quiſpiam mihi vitio arrogantiæ vertere velit, quod ego profeſſione medicus,quot in medicina exercenda grauia peccata cōmitti poſſint, & qua ratione à medicis euitanda ſint, ſcribere voluerim,exiſtimaui enim iſthæc libētius, & alacrius me-

medicos à medico, quã à quocunq; alio eſſe percepturos, præſertim cũ omnia propoſita non ſolũ rationib. ex Theologia, auctoritatibuſque ſacrarum literarum deſumptis, verumetiam ex philoſophorum, medicorumque libris ſint demonſtrata. Cum autem medicus ea, quæ ſaluti animæ medicorum conferunt, monumentis literarum tradiderit, conueniens etiam erat, vt ſub medici alicuius fauſto, ac felici nomine opuſculum hoc in publicum conſpectũ prodiret: Iure autem te potiſſimnm delegi, cui præ cæteris nuncupandum cenſeam, cum enim præter antiquam inter maiores noſtros contractam affinitatem, propterquam multum tibi debere fateor, ob multa tua in me merita, amoris, ac beneuolentiæ tuæ erga me, meæque viciſſim gratitudinis monumẽtum aliquod extare optarem, nihil gratius, nihil acceptius hoc libro me tibi offerre poſſe, facilè intelligebam, non quod eo indigeas, cum omnia, quæ probo, ac chriſtiano medico ſcire expedit, & calleas, & exequaris, ſed quod eo, quo omnes boni deſiderio flagras, vt ea, quæ ad medicorum vtilitatem conferant, quantum eius fieri poteſt, vniuerſo orbi cõmunicẽtur. Quod autẽ ſub tuo patrocinio, & auctoritate has meas lucubrationes typis excudere voluerim, ab his omnibus, qui acri, ac præſtanti iuditio prẹditi ſunt, probandum iri, exiſtimo, nõ tantum ob iam relatas agnationis, gratitudinis, ac beneuolentiæ rationes, ſed multo magis ob tuam ſingularem eruditionem, ac præſtantiam, nec non generis dignitatem, quibus leui negocio meipſum à calumnijs obtrectatorum vindicare poteris. Tuam certè doctrinam, ac morum probitatem non modo Sereniſſimus Alphonſus II. Ferrar. Dux agnoſcit, qui Sereniſſimẹ Barbarẹ vxoris quondam ſuæ ſalutis curam multos iam annos tibi commendauit, ſed & illius Illuſtrium, ac nobilium virorum cohors ampliſſima, tota denique Ferraria, quæ manum tuam ſalutarem longo iam tempore experta eſt, ſuſpicit, & admiratur, quẹ quamuis

uis

uis ſint grauiſſima admodum argumenta, quantum doctrina, & exercitatione inter huius ſeculi medicos valeas, tamen inter cętera extat pręclarum opus de febribus, quod diebus nuper elapſis publicis monumentis conſignaſti. De nobilitate autem generis tui ſatius eſſet ſilere, quam pauca, & incompta ſcribere, ſi enim antiquitas claram ſolet reddere familiam; & nobilitas, quò antiquior, eò quoq; maior ex communi ſapientum ſententia, cenſetur quàm illuſtris Capriliorum gens iudicanda eſt, cum M. Varro antiquiſſimus auctor inter Romanas antiquiores familias eã numeret, vt non mirum ſit, ſi in Græciam vſq; propagata ſit hæc illuſtris proles, cum hac tempeſtate multi hoc cognomine nobiles in Cyteo reperiantur, & Tiburi extet vetuſtiſſimum, ac celebre conſtructum ex marmore ſepulchrum, quod eſt ſingulare nobilitatis inſigne; ſed non minus virtuti, ac merito omnium ueſtro quàm antiquitati, aſcribenda eſt tanta generis claritas, cum ex hac familia tanquam ex equo Troiano multi ſtrenui bellatores, doctiſſimique philoſophi, ac medici ortum duxerint, & inter cæteros, qui in arte militari claruerunt, enituit Marcus Antonius Caprilius ductor copiarum præſtantiſſimus Ferrarienſis per Antonomaſiam dictus, & Herberiæ Gubernator. At verò ſi de omnibus, qui doctrina ac literis claruerunt, & potiſſimum de Vincentio patre tuo, & Ceſare fratre, qui præſtantes philoſophi, ac eruditi medici fuerunt, ſcribere vellem, epiſtola certè in uolumen excreſceret, quibus etiam addere poſſem Ceſarem filium tuum philoſophum pariter, ac medicum optimæ ſanè indolis, ac ſpei iuuenem, qui ne latum quidem vnguem à ſuis maioribus degeneraturum eſſe iam apertè videtur. Hoc itaq; qualecunque animi mei in te beneuolentiſſimi teſtimonium, æquo animo ſuſcipe, bonique conſule, & tanquam rem tuam tuere, meq; nominis tui obſeruantiſſimum ſolita beneuolentia proſequi, perge. Vale.

Li. 2. de re ruſt. c. 1.

CE-

CELEBERRIMO,

AC PRÆSTANTISSIMO PHILOS. ac Medico Hieronymo Mercuriali.

BAPTISTA CODRONCHIVS felicitatem optat.

IAmpridem cum Caſus, ad medicos attinentes à me lingua vernacula editos (quæ tua eſt humanitas) legiſſes, hortatus es, ac rogaſti me, vt eos latinitate donarem, exiſtimans non parum vtilitatis ex illis omnes medicos non tantum Italicos, verum & Hyſpanienſes, ac Gallicos, & cuiuſcunque nationis ex illis eſſe percepturos, dummodo eos alijs auctoritatibus non ſolum medicorum, ſed & aliorum grauium ſcriptorum augerem, ac locupletarem; ex quo factum eſt, vt animus cœperit, huc illuc inclinari, ac fluctuare, nã vtilitas communis propoſita, ac tuæ ſuaſiones, preceſque ad hanc grauem ſuſcipiendam prouinciam me impellebant, difficultas antem, ac labor rei perficiendæ, tenuitaſque ingenij mei, ac vires exiguæ inde abducebant me, cum ſatis exploratum, compertumque haberem, nemini vnquam mortalium hactenus datum fuiſſe, quantumcunque in quauis facultate præcelleret, vt in tãta paſſim iudiciorum, ac ſententiarum varietate omnium vota, & animos æqualiter expleret, meque tenui doctrina hominem excultum, variarum ſcientiarum, ac ſtudiorum minimè refertum, parumque otio literario exercitatum aliquid ſcribere poſſe quod aliqua ex parte viris eruditis ſatisfacere valeret. Quapropter cum diu animus meus in deliberando diſtraheretur, tandem voluntas de medicis Chriſtianis benemerendi, & auctoritas tua, quam ſemper plurimi feci, me coegerunt, vt onus iſtud quamuis humeris meis ſatis impar ſubirem. Manum ergo appoſui, & tandem quod optabas perfeci, quodſi expectationi tuæ extrema primis minimè reſpondeant,

artem

artem & ingenium, non vehementem tibi obſequendi alacritatem meam culpare debes, & quoniam ita natura ferè comparatum eſt, vt in alienis rebus, & erratis lyncei ſimus, in noſtris lippi, cæcique ac non videamus, vt catullus ait, illud mantice, quod in tergo eſt, etiam, atque etiam te rogo, & oro, vt cum de ſtudijs omnium ferè ſcientiarum, cum ſacræ Theologiæ, ac medicinæ benè meritus ſis, mihi tui amantiſſimo ſignificare velis audacter, ac liberè, an elucubrationes hæ meæ, quas ad te mitto, typis, an potius igni ſint tradendæ. Quod ſi fortè non omnino aboleri merentur, & aliquid commodi medicinæ ſtudioſis hinc allatum iri iudicaueris, quæ perperam, uel non recte ſcripta ſunt, corrigere humaniter, vel ſi quid omiſſum reſtituere, velis. Quod ſi operam tuam in re honeſta, & liberali amiciſſimo tuo non denegaueris, tam multo præſertim ſtudio, & tam ex animo flagitanti, quod ex ingenio noſtro depromptum, & aliqua induſtria effectum eſt, hilari fronte, & abſque metu obtrectatorum, aut ſciolorum in publicũ prodire poterit, quis enim erroris arguere vel tamquam mendoſum corripere audebit librum, quem tu, qui nõ modo noſtri temporis philoſophos, ac medicos præcurris, uerumetiam ipſius artis auctoribus iure optimo comparandus es, tum approbaueris, tum emendaueris. Benè, ac diu uale, meq; vt ſoles ama.

BA-

BAPTISTAE CODRONCHIO
Medico præclariſſimo.
H. MERCVRIALIS. S. D.

QVæ non minus piè, & ſanctè, quàm prudenter, & doctè ſcripſiſti De chriſtiana, ac tuta medēdi ratione, ita auide perlegi, vt iam multis annis (ſic me Deus amet) nihil iucūdius, vtilius, atque ſanctius mihi videre contigerit. Nam ut prætercam eruditionem quandam ſingularem, ac verè religioſi pectoris argumenta in iis perſpicuè apparētia, ſuauis ille res explicandi modus, nec non aptiſſima medicorum, ac prophanorum dogmatum cum Chriſtianis præceptis coniunctio, mirum in modum delectare, & iuuare quemlibet chriſtianæ pietatis ſtudioſum poterunt. Vt tibi vni noſtra ars hoc debere videatur, quod inſignem quandam methodum, quaſique lucem docueris, qua cum ægris chriſtianè verſari, eos prudenter, ac piè curare, omnibuſue ipſorum miniſtris prodeſſe faciliter liceat. Eos etenim ſiue philoſophos, ſiue medicos ſæpenūmero mecum damnare ſoleo, qui vel dedecus, vel certè inutile onus ſibi putant, ac exiſtimationis ingens quoddam detrimentum, ſi pietatem cum doctrina, religionem cum arte, conſcientiarum curam cum exercitatione coniungant. Nobiliſſimus certè auctor Tertullianus non ſemel ſcripſit, à philoſophorum ſcholis cūcta hæreſeon ſemina emanaſſe, proptereaque illorum dogmata etiam ſi Chriſtianis videantur conſentanea, pro ſuſpectis eſſe habenda. At ipſe cum legerim philoſophos, ac medicos complures chriſtianæ religionis amantiſſimos extitiſſe, totque ſanctitatis exempla poſteris reliquiſſe, ſemper pernicioſam illorum profeſſionem putaui, qui philoſophum, aut medicum chriſtianè viuere, ac ſedulo pietatem exercere poſſe negant. Itaque magnis laudibus ſemper dignus eris, qui & medicum uerè chriſtianum eſſe poſſe, & quomodo artem ſanctè exercere queat præclarè docuiſti. Vt ob hoc ego in primis omnium nomine gratias immortales tibi agam, ſique huiuſmodi laborem augere, atque exornare concedetur, pro communi ſalute id efficias, etiam atque etiam hortor. Vale.

IN LAVDEM OPERIS Excellentiſſ. Ar. & Med. Doc. D. Baptiſtæ Codronchii ciuis nobiliſsimi Imolenſis Vincentii Milani Carmen.

QVid iuuat alterius Medicum curare dolores,
Et certam ambiguæ ferre ſalutis opem;
Si illius grauiora ſedent in corde venena,
Dæmonis aſtuta præcipitata manu?
Qua curet ratione alios bonus arte docetur,
Et quibus edideret multa pericla ſui.
Hinc diſcet propriæ medicamina vera ſalutis,
Et quo diffugiat Tartara nigra, modum.
Has animi peſtes monſtrat Codronchus, & omni
Peccandi ſpeties utilitate docet.
Eſt dignum reliquis opus hoc, quo ſidera præſtant
Terrenis, animo corpus, & inferius.
Hoc Medicis medicina datur; nonne omnia mira
Baptiſta, ac tales ſpernere poſſe dolos?
Nam medicus normas alijs præſcripſit habendas,
Nec vult in vitio vir pius ipſe capi.

PETRVS MARIA GOTTARELLIVS
AD AVCTOREM.

Quid faciat turpi Medicus dum corpora morbo
Aegra leuat, proprio nè cadat ipſe animo.
Egregiè monſtras: Medicis hoc dignior ægro
Corpore, quò æternus dignior eſt animus.

MORICVS MORICIVS FIRMANVS
AD LECTOREM.

Quiſquis habet prauis obnoxia pectora culpis,
Dum medica mulcet languida membra manu.
Quo melius valeat ſeipſum curare; Codronchi
Hoc opus, at fructu non pereunte, legat.

AVCTORVM NOMINA,
QVORVM FIDE,
ET TESTIMONIO HOC OPVS
conſcriptum eſt.

A

ACtuarius
Aetius
Agathon
Albucaſis
Alexander de Arioſtis
D.Ambroſius
Anaximander
Angelica
Antonius Buſat
D.Antonius Archiepiſcop⁹
Antiphon
Apollonius
Aræteus
Armilla
Archidiaconus
Ariſtoteles
Ariſtophanes
Aſtenſis
Aſclepiades
Auerroes
D.Auguſtinus
Auguſt.Anconitanus
Auicenna
Aulus Gellius
Auſonius

B

Baptiſta Mantuanns
Boetius
Bonifacius Octauus
D.Bonauentura

C

Caietanus
Caſſiodorus
Cathecheſis Placent.
D.Chryſoſt.
Cicero
Clauſinus
Cœlius Rhodiginus
Conciliũ Cõſtantinop. Ilerdenſe, Tridẽtinũ
Cornelius Celſus

D

S.Dauid Propheta
Democritus
Diogenes Laertius
Dom inicus Sottus

E

Euripides

† 2 Eze-

Ezechiel

G

Galenus.
Gomes
Gorgias
Gregorius
Gregorius Nazian.
Gregorius Decimuſtertius

H

Herodotus
Herophilus
Heſiodus
D.Hieronymus
Hippocrates
Homerus
Horatius
Hoſtienſis

I

Iacobus à canibus
Iacobus Vngarellus
Ieſu Syrach
Innocentius
D.Ioan.Euang.
Ioan.Damaſc.Med.
Ioan.And.
Ioa.Neapolitanus
D.Ioa.Chryſoſtomus
Iſaias Propheta
D.Iſidorus
Iſocrates
Iulianus
Iuuenalis.

L

Lactan.Firmianus
Leo Papa
Lucilius
Lycurgus

M

Macrobius
Magiſter Sententiarum
D.Matthæus Euang.
Maximus Tyri⁹ Platonic.
Menander
Muſonius
Myſing.

N

Nauarrus
Nillus

O

Oribaſius
Ouidius

P

Palladas
Panormitanus

D.Pau-

D.Paulus Apoſt.
Paulus Aegineta
Periander
Petrus Rauennas
D.Petrus Apoſt.
D.Pet.Chryſog.Imol.
Pet.Anc.I.D.
Philo
PittachusMitylenæus
Plinius Secundus
Plinius Valerianus
Plato
Plutarchus

Q

Quintilianus

R

Rabbi Moyſes
Razes
Richardus
Ripa
Roſella ſumma

S

Salamon
Seneca
Scribonus Largus
Serapio
Sixtus V.
Socrates
Sophocles
Soranus
Speculator
Sylueſter.

T

Thabiena
Themiſtius
Theodorus Priſcia.
Theogonus
D.Thomas.
Tiraquellus

X

Xenophon

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI

DE CHRIST. AC TVTA MEDENDI RATIONE.

Medicum grauiter peccare ſine ſufficienti ſcientia ad medendum ſe exponentem, exceptis caſibus non periculoſis, & dummodo remedia periculoſa non adhibeantur, vel ſcandalum, & occaſio alijs non præſtetur idem agendi. Cap. I.

Medicus curando, antequàm morbum cognoſcat, peccat, nec in quibuſdam morbis ſolos Practicos excipiendos eſſe contra Nauarri opinionem, ex quo horum vitia, & fraudes deteguntur, & in morbo difficilis cognitionis aliquod remedium leue adhiberi poſſe probatur. Cap. II.

Qui medicinæ præcepta negligit, vel ſtudijs vacare, cum eſt opus, contemnit, experimento ſuo nimis fidens, ac proprio ſenſui nimis tribuens, peccat, & damna præſtare debet. Cap. III.

Medicus valde negligens in ſtudendo, viſitando, morborum ſigna animaduertendo, vel in conſulendo cum eſt opus, grauiter peccat, & aliquando ad damna tenetur, & irregularis euadit. Cap. IIII.

Aegroti abſentes num per nuncios, vel literas tutò, ac ritè curari poſſint, & quæ remedia ipſis offerenda. Cap. V.

Dubia

Dubia medicamẽta præbens, vt experiatur, vel quæſtus cauſa, aut ne videatur imperitus, graue peccatum admittit, quod modo mortale, modo veniale eſſe poterit. Cap. VI.

Aegrotum deſerens non abſoluta curatione peccat, & aliquãdo reſtitutioni tenetur, & quamuis in quibuſdam caſibus non peccet, tutius tamen eſſe dicitur, ſi vſque ad ultimum interitum, vel completam ſanitatem eum curet. Cap. VII.

Deploratis cibos, vel potus morbo aduerſantes non eſſe permittendos, & quodnam medicus hac in re peccatum committat. Cap. VIII.

Medicum habita medicamentorum ſcientia grauiter peccare, ſi corrupta, ac vetuſta permittat ægrotis dari, & recentiora, ac meliora non eligat, & Medicos Collegij, vel alterius officij, ac dignitatis in multis alijs peccare, vt plurimum mort. & quando medici priuati medicamenta, vel aromatariam inſpicere teneantur. Cap. IX.

Medicus lucri cauſa morbum protrahens, opportuna nõ adhibens, morbum augens, vel recidiuam faciens, peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Cap. X.

Qui medicamentum præſcriptum, & deinde pro non conuenienti cognitum commutare cum graui damno infirmi renuit, peccat, & ſatisfacere tenetur. Cap. XI.

Sententiam mutare erubeſcens in diſputationibus, ac canonicam curationem ab alio medico aptius, propoſitam, in dubio reuocans grauiter peccat cum obligatione reſtituendi. Cap. XII.

Medicamentis nec experimento, nec ratione comprobatis nõ eſſe vtendum, & aliqua de medicamentis veterum, ac recentiorum dicuntur. Cap. XIII.

Peccat medicus ſi medicamento ni mis purgante ægro damnum aliquod inferat. Cap. XIIII.

Multos infirmos eodem tempore curandos admittens, ſi ſit cum damno alicuius peccat, in aliquibus tamen caſibus nihil

hil peccat. Cap. XV.

Pro membro emortuo, uel tumore ſecando miniſtrum idoneum non eligens, vel de ſectione dubius ſecare iubens, & qui ſanguinem mittere, vel incidere vlcus ignorat, mittit, & incidit, vel cum ſit peritus negligit, peccat. Cap. XVI.

Medicum teneri ante curationem in prima viſitatione, & omnibus morbis ſub peccati mortalis, ac periurij pœna, hortari infirmum ad Confeſſionem per ſe, & non per alios, & nolentem confiteri poſt triduum deſerere. Cap. XVII.

Medicum teneri abſentes infirmos per nuncios, vel literas ad confeſſionem ſuadere. Cap. XVIII.

In quibus caſibus teneatur medicus mortem nunciare infirmo, & qualiter omittendo id peccet. Cap. XIX.

De eo, qui ob corporis ſalubritatem conſilia contra ſalutem animæ exhibet, vbi probatur veneris vſum eſſe nocuum corporis ſanitati. Cap. XX.

In matricis ſuffocatione ex redundante, vel retento ſemine non licere medico ſeminis excretionem prouocare contra medicorum doctrinam. Cap. XXI.

Abortum conſulentes, procurantes, vel conſentientes, ſiue fætus animatus ſit, vel inanimatus præter peccatum, excommunicatur: ubi probatur, ab omni lege prohibitum eſſe abortum. Cap. XXII.

Venenum conſulens, vel exhibens nocendi, vel necandi cauſa peccat. Cap. XXIII.

Medicamenta narcotica ſanis, vel lac exiccantia in mulieribus mala intentione adhibens, vel conſulẽs, peccat grauiter. Cap. XXIIII.

Exhibens, vel conſulens ad coitum ſtimulantia ſolutis matrimonio, vel illicitam Venerem, aut ſterilitatem inducentia, quacunque ratione id faciat, peccatum graue committit. Cap. XXV.

Ieiunijs corpora deſtrui tenens, vel ſine cauſa legitima dans licen-

cen-

centiam ieiunij frangendi, vel carnes veſcendi peccat, & quantum obſit nimia indulgentia in huiuſmodi conceſſionibus, ita ut qui ouis ſolis, ac lactarijs veſci poſſunt, non habeant veniam carnium. Cap. XXVI.

Arcana grauia cōmiſſa, & morbos, vel eorum cauſas læthali peccato annexas palam faciens medicus peccat, & ſæpiſſime mortaliter, qui per ſe non per alium ad correctionem fraternam tenetur. Cap. XXVII.

Medicus non conductus à publico immodicum ſalarium petens, conductus aliquid notabile accipiens exceptis quibuſdam caſibus peccat, & ex quibus ſtipendium licitum metiri poſſit. Cap. XXVIII.

Nimium præmium timore mortis oblatum exigens poteſt peccare, & non peccare, ſi conuenientem mercedem ſemper accipiat. Cap. XXIX.

In morbis non curabilibus medicum poſſe ſalarium recipere, dummodo non taceat morbum inſanabilem eſſe, vel cum mendacio ſalutem non ſpondeat. Cap. XXX.

Certam mercedem pactus cum ægroto poſt curationem, ſi fiat recidiua ex medici culpa, denuò curare tenetur, ſi ægri cauſa, vel in dubio non tenetur. Cap. XXXI.

Præſcribens maiorem copiam medicamentorum, ac maioris prætij ex iniuſta cauſa, et cogens ægrotos adire ſuam aromatariam aduerſus leges, & iuramentum peccat grauiter. Cap. XXXII.

Pauper etiam ſine mercede curandus medico eſt, alioquin peccat ſæpe mortaliter, æque ſi renuat medicus curare poſitum in extrema neceſſitate, & medicamentorum pro ægro prætium ſoluere, ſi poteſt. Cap. XXXIII.

Aegrotus diues mercedem medici, ac precium medicamentorum, & alia neceſſaria ſoluere nolens curandus tamen eſt, & quib. caſib. a medico peccetur, ſumptus verò, et merces poſſūt exigi poſtea, et ægroti ẽt ĩuiti ſūt curãdi. C. XXXIIII.

Detrahens alijs peritis mala intentione, vel maledicentia graue damnum eis inferens, peccat grauiter, damnumque ac famam, ſi poteſt, reſtituere tenetur. Cap. XXXV.

Aegrotantes libidinosè, ac malo conſilio, aut mente contrectans, peccat. Cap. XXXVI.

Medicus adhibens ſibi ſocium in curationibus Iudæum, vel alium ad medendum aduocans, vel medicamenta ab eis accipiens exceptis quibuſdam caſibus, peccat. Cap. XXXVII.

Medicus, vel Tonſor cum iuramento referens falſum iudici de aliquo morbo, peccat. Cap. XXXVIII.

Decreta medicorum iuramento firmata non ſeruans, peccat; et de tribus conditionibus iuramenti. Cap. XXXVIIII.

Septa monialium ingrediens medicus ſine licentia, vel cum licentia abſque neceſſitate, aut alia cauſa non explicita, peccat, & excommunicatur, cuius abſolutio Papæ reſeruatur. Cap. XXXX.

Anatomen exercens in corpore humano ſine licentia peccat. Cap. XXXXI.

Qui optat, vel gaudet multos eſſe ægros, & morbos protrahi; qui triſtatur nullos ſibi eſſe infirmos, vel alium medicum plures habere, & qui mala conſilia dat ſanis, vt ægrotent, peccat. Cap. XXXXII.

De iuſtitia, Charitate, & bonis moribus, & quomodo medicus in multis peccare poſſit ſi valde ſint contra iuſtitiam, vel charitatem, aut bonos mores. Cap. XXXXIII.

LIBRI SECVNDI.

AN medicus ſit neceſſarius, & vtrum ſit ab ægris uocandus An vita noſtra ope artis medicæ produci poſſit, perquiritur, & ſtatuitur, et ægrotantem in graui morbo medici auxilium ſpernentem, peccare. Cap. I.

Infirmus non obediens medico, & aliquid ſumens cum graui damno, vel periculo mortis peccat. Cap. II.

Vtrum liceat confugere ad ſortilegos, vel Maleficos pro ſanitate recipienda, & eorum remedijs vti. Cap. III.

Medicis conuenientem mercedem ſoluere nolens paccat. Cap. IIII.

Miniſtri dantes, vel facientes aliquid cum graui damno ægri grauiter peccant, & irregularitatem contrahunt, & ideò medicos ſacris imitaturos à Pontifice abſoluendos eſſe, Arsq; medica ſacerdotibus eſt prohibita. Cap. V.

Sanitatem cæteris rebus præſtare probatur, pro qua conſeruanda vtrum ſani arte medica egeant, diſputatur, & pars affirmatiua probatur, cõcluditur ſanos debere ſeruare mediocritatem in victus ratione, qui ſi aliquid edant, vel bibant cum graui damno ſalutis corporis grauiter pec. Cap. VI.

Vtrum in curatione infirmorum, melius ſit plures vocare medicos, vel vnum tantum. Cap. VII.

Indicis Capitum Finis.

IN LIBROS
DE CHRISTIANA,
AC TVTA MEDENDI RATIONE.

BAPTISTAE CODRONCHII
Medici Præfatio.

MEdico, qui in aliorum curandis morbis incumbit, animę verò ſuę affectiones ignorat, aut negligit, illud Seruatoris noſtri obijci pôt, *Medice cura te ipſum*, nec nō quod ex quodam poeta à Gal. ſcribitur, *aliorum medicus, ipſe vlceribus ſcatet*, quem improbum, & imperitum iure D. Gre. appellat, eò quod vt Ariſt. teſtatur, ignorat quid agendum, à quibuſue abſtinendum ſit. Quib. proculdubio non conſideratis, eſt dementia, ac ſumma cæcitas eiuſdem medici, qui toto ferè vitæ ſuæ curriculo, vt rectam conſequatur rationem, ac methodum aliorum morbis medendi, vigilijs, ac laboribus non parcit, qua autem ratione animam ſuam à læthalib. peccatis tueri, ac cuſtodire, ab ipſiſque fœdatam, ac maculatam abſtergere, ac curare poſſit, ne modicum quidem temporis, & laboris eum inſumere pigeat, cum tamen quilibet Chriſtianus debeat, & ea omnia, quæ ad proprium munus ſpectant, cognoſcere, ac ſcire. Hęc cum annis elapſis diligenter animo uoluerem, ac ſtudioſè cogitarem, cumque optarem meæ ſaluti ſpirituali pro viribus proſpicere, eo, quo potui ſtu

Luce. c. 8. 5. d̄ ſa n. tuen.

In paſtorali 3 lib. moral. nichom. c. 1.

D. Thomas. 2. 2. q. 76. ar. 2.

dio

dio,ac labore,ea omnia, quæ ſeruare medicum chri-
ſtianum,& à quibus ſe abſtinere debeat ex quamplu-
rimis Doctorib.ac Summiſtis in vnum collegi,quæ ſic
collecta,in ordinemque digeſta, & quibuſdam meis
animaduerſionibus aucta, vt veritas magis eluce-
ſceret,& vberior vtilitas inde manaret, cum aliqui vi
ri publicę vtilitatis,ac mei ſtudioſi iudicaſſent aliis ēt
medicis non modicam vtilitatem allatura fore, ſi ty-
pis excudenda traderentur,pietate Chriſtiana,&ami
corum ſuaſionib.impulſus,& ferè coactus, quibuſdā
itineribus ſpiritualibus Reuerendi Tyberij Codron-
chij fratris mei lingua vernacula conſcriptis ſubiun-
cta in vulgus prodire conceſſi.Poſtea tamen cognoui
libellum perpaucis medicis profuturum, cum mater
no ſermone,& poſt terga,vt dicitur, illorum Itinerum
editus, & veluti neſcio quibus latebris abſconditus
eſſet. Quare cum expeterem de Medicis cuiuſcunq;
nationis benemereri,ad hoc etiam me adhortante ce
leberrimo viro Hieronymo Mercuriali,qua eſt nō ſo-
lum in ſuis,verum &in aliorum elucubrationibus om
nib.iuuandis diligentia, quamprimū decreui proble-
mata illa ad medicorum ſalutem ſpectantia in latinā
linguam vertere,& ſeorſum typis depromere, animo
tamen indagandi quāpiam ſcribendi rationem, quæ
à communi omnium illorum, qui caſus conſcientiæ
conſcripſerunt,ſtilo,& vſu recederet,vt libentius illa
media legere,& obſeruare, & in manus etiam aliorū
non medicorum verſari poſſent,præcipuè illorum ſa-
cerdotum,qui confeſſionibus audiē dis delecti, & ad-
dicti ſunt, ideò in quolibet ferè problemate tractādo
aliqua,quæ ad cognitionem, & curationem corporis
morborum faciunt immiſcere ſtudui,vt cognitio& cu
ratio affectuum corporalium cum notitia, ac medela
mor-

morborum animę haberentur,& medicorũ, ac ægrorum ſaluti ſimul conſultum eſſet. In nõnullas vitioſas animi perturbationes aliquando inuehere, earumq; turpitudinem, ac noxiam naturã detegere, ſicut multas virtutes laudibus proſequi, ac earum pulchritudinem, & ſplendorem oſtendere conatus ſum, vt nõ ſolum medici, verum, & quicunque alij aliquid pro ſalute ſua commodi haurirent. Propoſitiones omnes in medium pro ſalute medicorum, ac aliorũ allatas non ſolum rationibus, ac teſtimonijs ſacrarum literarum, ſanctorum Patrum, Canonum, ac magis Illuſtriũ Summiſtarum firmaui, ac probaui, verumetiam auctoritates ethnicorum ſcriptorũ Medicorum præcipuè, Philoſophorum, Poetarum, ac aliorum appoſui, non vt robur ſacris literis adderem, vel eas teſtimonijs ſanctorum Patrum, ſacrorumque Canonum æquarem, vel compararem, ſed vt medicis veluti calcar eſſet, vt eos nõ pigeret ea ſeruare, ac facere, quæ ethnici ipſi & facere, & præcipere non erubuerunt lumine tantum naturæ ducti, & ut aliarum diſciplinarum ſtudioſi aliqđ honeſtum otium exinde capere poſſent, fretus auctoritate D. Aug. ac Clementis PP. ille enim libro de Doctrina Chriſtiana ſcriptum reliquit, ſi philoſophi aliqua fortè vera, & fidei noſtræ accommoda dixerunt non ſolum formidanda non ſunt, ſed etiam ab eis tãquam ab iniuſtis poſſeſſionibus in vſum noſtrũ uindicanda. Clemens verò cum ex diuinis ſcripturis, quis firmam regulam veritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid ex eruditione communi, & liberalibus ſtudiis, ad aſſertionem veritatis dogmatis conferat. Nonnullas etiam propoſitiones ad eandem ſpiritualem curam medicorum facientes, & maximi momenti addidi, ſine quorum cognitione medici in capitalia

delicta ſæpe,ac ſæpius incidere poſſunt, quæ tamen à nullo Summiſta,vel alio ſcriptore,quod ego viderim, hucuſque fuerunt animaduerſa, à quorum etiam Sũmiſtarum, ac Doctorum ſententia in quibuſdam problematis receſſi, & contrariam opinionem retinui, q̃ tamen mihi arrogantię, vel temeritati non ſit aſcribẽdum,cum ea omnia qua decet modeſtia, ac reuerentia tractauerim,&rationibus,auctoritatibuſque comprobauerim,magis de veritate,ac vtilitate animarũ, quàm de communi opinione ſolicitus,&quoniam potiſſima ratio ſuſcepti laboris ea fuit,vt me ipſum, ac alios medicos à peccatis lætalibus vindicarem, cum arduum nimis,ac difficile ſit,ſtatuere de peccato mortali iuxta illud Prophetæ,*Delicta quis intelligit?* ĩ re hac Pſal.18. tam magni ponderis mihi placuit adhibere conſiliũ aliquorum peritorum theologorum,ac caſus conſciẽtiæ profitentiũ,& præſertim Io.Pe. Fraca.Bornii Sãct. ſocietatis Ieſu, qui mihi opera ſua in diudicandis criminibus læthalibus a non læthalib.multo adiumento fuit;ingenui enim pudoris plenum eſſe cẽſuit Plinius, fateri quos per profeceris: Adhæc non erubeſcã confiteri,immo gloriabor,ſi mihi liceat gloriari, quod in aliquibus deffinitionibus reuocauerim ſentẽtiam,ac, ut dicitur,palinodiam cecinerim,in qua in caſibus italicè conſcriptis permanſeram,cum in hoc perficiendo tractatu,& maiorem laborẽ,ac ſtudium inſumpſerim,omnia enim ex proprijs fontibus haurire, & præſertim Pontificias omnes,ac canonicas cõſtitutiones conſpicere volui,aliorum relationi parum credẽs, et ſicut in multis errare mihi contigebat antequàm adamuſſim cũcta luſtraſſem,& examinaſſem recte, ſciãt medici, ac Confeſſarij parum periti, ſi hunc laborem meum ſpreuerint,eiſdem criminibus, & alijs fortaſſe

grauiori

grauioribus ſe inuolutos iri, ut experimento quotidiano mihi comprobatum eſt, & expertum, & præſertim illi, qui ſola Nauarri alioqui viri eruditiſſimi auctoritate nituntur. Totum opus diuiſi in duas ſectiones, in quarum priori ea explicaui, quæ ſaluti medicorum proſpiciunt, in poſteriori vero quid etiam ęgri eorũq; miniſtri, & potiſſimum ſacerdotes, & quid ſacri etiam obſeruare debeant, declaraui, propoſitis quibuſdam problematibus, quæ non ſolum ſalubria, ac vtilia, verum & iucunda legentibus fore, arbitror. Et ut etiam utilitati conſulerem rudium medicorum, præſertim aliquorum Chirurgorum, & Sacerdotum, nec non doctorum virorum, quibus honeſtis laboribus, ac ſtudiis occupatis, non ſuppetit tempus totam ſeriem legendi, cum occaſiones, quæ ſunt frequentes, ſe ſe offerũt, omnia in capita maximè breuia in fronte cuiuſcunq; capitis perſtrinxi, & in marginibus notabilia ex verbis magis communibus addidi. Chriſtiani ergo medici munus eſſe duxi, laborem hunc publicæ vtilitatis cauſa in lucem proferre, nec in aliud tempus reijcere, ſubmittens tamen omnia ſanctæ, quę omnium una, & ſumma eſt Magiſtra, Eccleſiæ Romanæ, & cuiuſuis alij cenſuræ, ad gloriam D.N. Ieſu Chriſti, cui vtinam in hoc chriſtiano officio recte ſeruire, dum viuam, liceat.

DE CHRISTIANA, AC TVTA MEDENDI RATIONE.

BAPT. CODRONCHIO AVTHORE.

Liber Primus.

Medicum grauiter peccare ſine ſufficienti ſcientia ad medendum ſe exponentem, exceptis caſibus non periculoſis, & dummodo remedia periculoſa non adhibeantur, vel ſcandalum, & occaſio alijs non præſtetur idem agendi. Cap. I.

TAnta eſt hodie quàmplurimorum hominum temeritas, ut cum uix ſummis (vt aiunt) labris Medicinam deguſtarint, & prima ipſius elementa nouerint, artem ſine dubio difficillimam, ac præclariſſimam cum diuina offenſione, animarum ſuarum interitu, nec non multorum iactura profiteri audeant, immemores illius, quod per Iſaiam ſcriptum eſt; *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam*, & quod Diuus Paulus monet Corynthios, *ſi quis ignorat, ignorabitur*, cũ quibus conuenit illud Greg. *qui ſtultus fuit culpa ſapiens erit in pœna*; cuius ſententia relata eſt in Diſt. 38. Vtinam iſti aliquãdo reſipiſcerent, & per rectas ſemitas incedendo, Sapientis conſilium amplecterentur, qui ſcriptũ reliquit, *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ*, ſed illud etiam, quod idem Eccleſiaſtes monet adiungi poteſt his, quæ ſupra re-

De imperitorũ medicorũ temeritate ac illorum pęna.

Gal. in exhort. ad bonas artes, & in lib. de part. art. med.

Cap. 5.

1. cap. 14.

c. qui. ea

Ad ſcientiam adipiſcendam exhortatio. Prouerb. 22.

cenſuimus, *non ceſſes audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ*. Si medicos ſe profitentur, legant medicinæ duces, & principes, Hippocratem, & Galenum, qui, quot, & quæ ad medicum futurum neceſſaria ſint grauiter, atque præclarè docuerunt: Hipp. enim Medicum multarum rerũ habere peritiam, opus eſſe cõſtanter aſſeuerat, & eũ qui ſe medici nomine dignum exiſtimat, oportere non Natura modo, ſed Doctrina, Inſtitutione, & Tempore, ceù ducibus quibuſdam artis ſibi notionem parare, induſtriam omnino adhibendam eſſe ad multum temporis, quò diſciplina ipſa inſita fœliciter magno progreſſu ſuos producat fructus, & Gal. ſeptem eſſe neceſſaria illi, qui veram medicinam curat aſſequendam, Naturam ſcilicet perſpicacem; Educationem optimam; Præceptores eruditiſſimos; Laborem improbum; Veritatis ardentiſſimum amorem; optimam Methodum; Exercitationem denique aſſiduam, in præceptis habuit; ſi enim his conditionibus fuerint præditi Medici, vel ad Medicinam per has ſemitas peruenerint, de illis ueritate comprobari poterit, quod ab Eccleſ. ſcribitur, *diſciplina Medici exaltabit caput illius & in conſpectu magnatum, collaudabitur*. Non exiſtimẽt tamen ſe iſta conſequi poſſe, ad voluptates, & ad Luxum incumbendo; tempus inutiliter conterendo, & breuiſſimo tempore Artem tam lõgam obtinere errore Methodicorum ducti, qui artis medicæ ſemeſtri ſpatio cognitionem tradere profitebantur, cum aptiſſimè admodum à Principe medicinæ Hippoc. ſcriptum ſit, *Artem longam eſſe, Vitam verò breuem*, ſi ad artem adipiſcendam comparetur. Immò quid antiqui propter ſcientiæ cupiditatem, & ut diſciplinas addiſcerent, pertulerint, quæſo diligenter animaduertant, ſi quidem alij poſthabuerunt honores, alij

Quot & quæ ad futurũ medicum requirantur.

In lib. de articulis.

In lib. de lege.

Lib. de conſt. art. med.

Medicorũ peritorum merces propoſita.

Cap. 30.

Quomodo ad artem medicã ſit perueniendum.

Lib. de ſectis ad eos qui introduc. c. 6

Et 2. decriſ. 1. & 1. aph. 1.

Ob adipiſcendas ſcientias quid antiqui egerint.

alij voluptates ſpreuerunt; nonnulli diuitias proiecerunt; multi pericula multa ſubierunt. Nam quid eos commemorem, qui ſe in ſolitudines abdidere, vt liberius nullo interpellāte, philoſophiæ vacarēt? Amabò hanc medendi prouinciam temerè non ſuſcipiāt, eo freti, de quo Plinius iurè conqueritur, nullam eſſe legem humanam, quæ puniat inſcitiam capitalē, nullumque vindictæ huius extare exemplum, cum adſit lex diuina, quæ grauioribus illos ſupplicijs afficiat, quàm quæ humana ſolertia excogitauit, ideò cū Doctoribus, qui ea, quę ad animarum ſalutem pertinent, ſummatim collegerunt, ſtatuendum eſt Medicum, qui ſine congruenti medicinæ cognitione ęgrotos curat, vel ſe medicum profitetur, crimine mortali peccare, quāuis Magiſterij inſignia acceperit, & Doctoris laureola donatus ſit; cūm hac noſtra calamitoſa ætate quamplurimi inſcij, & ignari ad gradum Doctoratus euehantur in perniciem animarum, tum ſuarum, tum eorum, qui ob acceptas pecunias temerè & imprudēter eos promouent, imperitiam, quæ eſt intolerabilis, vt dicere conſueuerat Pittacus ille Mitylenæus, laurea donantes, quò eorum impoſtura plerique decepti miſerè interimantur, in quos Baptiſta Mantuanus ita inuehitur.

Lib. 29. cap. 1.

Caſus proponitur.

Contra gradū doctoris exhibentis imperitis.

Sunt, & equeſtre genus Medici, qui tangere venas
Non nunquam illicitas audent, & ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis:
His, & ſi tenebras palpant, eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros, hominesq; impune necandi.

Et licet Medicus ignarus medendo ſanet, vel noxam nullam inferat; non propterea à letali peccato

Imperitū medicū ſanando non excuſari à peccato.

immunis euaſerit: nàm cũ imperitus ſit, periculo mortali ſe committit, prouinciam videlicet aggrediens, ex qua inſignis iactura proximo manare poteſt: idcirco ſcriptum eſt, *qui amat periculum, in illo peribit*: nec ſe ea ratione redimere poteſt; quia dicat, damnum proximo inferre, omnino à ſua uoluntate alienum eſſe; cum ſpõte ſua exponat ſe illi, unde hoc natum eſt, ſequi. Attamen ſi morbum aliquem omni periculo uacantem curandum ſuſciperet, idque certo, quomodo moralia cognoſci poſſunt, exploratũ haberet, nec vllum remedium, ex quo diſcrimen impendere poſſet, adhiberetur, à mortifero crimine excuſari poteſt, cũ in euidens proximi damnum minime redundet, nec mala voluntate id peragatur dum modo exemplo ſuo ſcandalum, & anſam alij inepto, ac rudi medelas adhibendi fortaſſe cum periculo non daret. Immo uerò curando, quamuis ſanaret, vel nullum damnum inferret, an rectè, iuſteque retinere mercedem poſſit, ſum dubius; cum ex iure ipſo merces dumtaxat ex opere completo, ac perfecto exigenda ſit; ſed ſi damnum nota dignum ob culpam ſuam ſequeretur, iacturam ipſo ſciente illatam debet præſtare, quamuis ſciens ac doctus haberetur cum imperitus eſſet, atque mortali delicto ſe adſtringit; hoc attamen ad iudicium, ac cenſuram peritiſſimorum virorum erit deferendũ. At ſi luce meridiana clarius eſt, imperitum, qui curando ſanat, vel damnum infert, reatu peccati mortalis ſe obligare; quanto grauius peccabit, qui per nimiam inſcitiam ægroto læſionem intulerit; cũ ſalubre, ac diuinum præceptum de non occidendo peruertat? & ideo ex Ricchardi ſententia tenetur præſtare detrimentum allatum ęgro, quãdo principale reficere minime poſſit.

[Margin notes:]
3. Eccleſ.
Cauſa. 15. q. 1. merito & 55. Sed obiicitur de Lamech.
An imperitus mercedem iuſte retinere poſſit.
De peccato inſcii damnũ inferentis.
De pęn. diſt. 1. homicidium.

Medicus curando, antequàm morbum cognoſcat, peccat nec in quibuſdā morbis ſolos Practicos excipiendos eſſe; contra Nauarri opinionem, ex quo horum vitia, ac fraudes deteguntur, & in morbo difficilis cognitionis aliquod remedium leue adhiberi poſſe probatur. Cap. II.

CVm ſine morborum exacta cognitione, eos nequaquàm curari poſſe, ſcriptum reliquerit Gal. pluribus in locis; clarius tamen in 1. acut. ubi inquit *quod affectuum dignotio ad curationē ualde neceſſaria ſit, pluribus recenſere non eſt opus: nā in primis quiſnā ſit morbus dignoſci debet; deinde curatio inſtituenda*, & ante ipsū, Hipp. qui aſſerit, cum medicus ſuffecit ad cognoſcēdū, ſufficiet etiā ad ſanandū; etiam medicus vt culpa uacet, & morbum cognoſcere, & rectè curare debet, quibus & inter poſteriores medicos ſubſcripſere Actuarius, & Celſus: Actuarius enim ait, *quia curatione rectè, & Methodicè uti non licet, niſi qui iuuare velit, quo pacto ſinguli affectus dignoſcantur, exquiſite nouerit, & anteà ſe in ijs iudicandis oportet exercere, atque ita ex methodo curationem inſtituere*. Celſus enim ſcribit, *neque enim credunt, eum poſſe ſcire, quomodo morbos curare conueniat, qui videlicet ſint, ignoret*. Ideo non poſſum non magnopere admirari illos medicos, qui in curationibus ita incaute ambulāt ut morbo prius non cognito, auxilia non ſine magno ægrotantium diſcrimine adhibere audeāt, in propriā, ac aliorum ſalutem crudeles, non cogitantes quàm

poenam

Morborum curandorum cognitio neceſsaria.
2. meth. c. 7.
1. de art. com. 1. t. com. 3 2.
1. de criſib. ca. 16. & 20.
3. ā locis affec. cap. 10.
1. de rat. uict. in acut. con. 3.
Lib. de arte.
Lib. de morb.
In pręfatione lib. 3. method. med.
In Procemio.
De illorum temeritate, qui morbum ignorum curare volunt.
2. regum. c. 6.

pœnam Deus temerarijs infligere conſueuerit, legāt quæſo librum Regum, vbi habetur, quod iratus Dominus indignatione contrà Ozam, percuſſit eum ſuper temeritate. Itaque et ſibi & alijs melius conſultum eſſet, ſi conſilio ſapientis acquieſcerent, qui ſcribit, *ſine iudicio nihil facias graue, & oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos*, quod præceptum etiam habemus traditum à Diuo Paulo aſſerente; *oportet uos ſedatos eſſe, & nihil temerè agere*. Cum itaque ſumma ſit miſeria, ut ſcribit S. Iſidorus, neſcire quò tendat Medicus ille, qui antequàm affectum exactè cognoſcat, grauiaque auxilia ſanandi, vel indaganda naturam morbi cauſſa adhibeat, ex quibus diſcrimen magnum vitæ, vel inſigne detrimentum ęgrotis ipſis immineat morte æterna dignus eſt, quoniam, ut admonuit nos Princeps Maurit. *cum ignoras* (inquit) *ægritudinem, eam ipſi naturæ committas, quæ eſt vera morborum medicatrix, neq; properes: quoniam aut natura ſuperabit ægritudinem, aut ipſam faciet innoteſcere*; quod tutius multo eſt, quàm ut uaticinantis more periculo ægrotantem exponas, quod cū charitati aduerſetur, ſine peccato eſſe non poterit, neque Medico excuſationibus utendū eſt, vt ſcilicet exiſtimationi ſuę ſit conſultū, vtq; notā ignari medici effugiat, cū quacunq; ratione faciat, omnia ſint inania, & charitatem lædētia. Nauarrus tamen in ſuo Manuali exceptos uoluit eſſe illos medicos, qui empiricè ex diuturna experientia non nullos morbos curare didicerunt, quamuis medicinæ canones, ac pręcepta ignorēt, uti ſcabies (inquit ipſe) oſſiū fracturæ, ulcera fiſtuloſa, ſuffuſiones, dolores dentiū, nec non aurium, & ſimiles affectus modo carminationes illicitas, vel veneficium aliquod Sathanicum procuratione non adhibeant, vel quod relictis his illicitis

Temerè nihil eſse agendum probetur.

Ecc. c. 33.

In prouer.

Lactū Apoſt.

Solilog. 2. cap. 17.

Quomodo medicus morbū incognitū curando mor. peccet, & nihil eum excuſet.

Lib. 2. fen. 4. c. 1. & li. 4. fen. 1.

Nauarrus excipit Empincos quoſdam morbos curantes.

L. 1. ff. de var. extraor. cog. §§. medicos.

tis rimedijs limites peritiæ ſuę non tranſiliant, nec nō
affectui illi febris, vel aliud ſymptoma graue minimè
ſuperueniat, ratione cuius medicnm peritum accerſi-
ri opus ſit, & tandem ſi ipſe Empiricus aliquid nō mo
liatur, quod ipſe ignoret. Attamen medici iſti ſolo ex-
perimento innitētes (ni me mea fallit opinio) delatos
ad ſe morbos ſine ægrotantium euidenti diſcrimine
curare nequeunt, cum id auctoritatibus illuſtriū Me-
dicorū, & rationi aduerſetur, Gal. enim teſtatur, quòd
experientia a methodos, non artem, aut ordinē certū,
ſed tantū fortunæ & caſus ſequitur fauorem, neq; rei
inuentionem & principium deſiderat, *qua quidem expe
rientia nos.* (inquit Gal.) *neglecta demonſtrationi inſista-
mus, quæ à principÿs indemonſtrabilibus ad notiora, et uerio-
ra proficiſcitur. Quare etiā addidit per artis exercitationem
ſe comperiſſe eam remediorum inuentionem, quæ ex vera de-
monſtratione procedit, in ÿs, quæ rarò accidunt, empiricæ co-
gnit ioni præstare. Vnde multos morbos curari maximè cōtra-
rÿs præſidÿs interdum ÿs, quæ experientia, & vſu cognita
ſunt.* Præterea non ne apertiſſimè Ioannis Damaſce-
ni fuit breue quidem, ſed pulcherrimum dictum, *cre-
dere experimento ſine ratione fallax & incertum eſſe?* Atque
hac in re venit excuſandus Nauarrus, alioqui uir eru
ditiſſimus etiam ſi valde fuerit allucinatus, cum Medi
cus non fuerit, nec artem hanc vnquam ſit profeſſus,
adde quod hæc curatio (vt dixit) rationi ipſi aduerſa-
tur. Nam Empirice iſti uel internis, vel externis uel ex
ternis remedijs hos affectus curare volunt, ſi externis
& localibus medicamentis dumtaxat, id repugnat
regulæ Galeni, qui nullum externum, & locale reme
dium vniuerſo corpori, vel alicui parti eſſe adhiben-
dum, niſi prius præcedat totius corporis euacuatio,
memoriæ prodidit, & ut primo de Scabie uerba faciā,
quæ

Arg. c. non eſt ſine cula de reg. iur. lib. 6.

Empiricos nō poſſe tutò relatos morbos iuuare contra Nauarrum.

1. Meth. med.

3. de loc. affec. cap. 2.

Lib. aph.

Nauarrus excuſatur.

3. d̄ loc. aff. c. 4.

1. d̄ emp. med.

Scabiem ſecurè à ſolis practicis ritè curari non poſſe p topica remedia.

quæ frequentior eſt affectio, & pro qua ſæpius homines ad huiuſmodi topica cōcurrunt, poſſum ingenuè fateri me plurimum obſeruaſſe ex adhibitis linimentis, corpore non inanito pro ſcabie curanda, grauiſſimos affectus, & febres acutas potiſſimum excitatas fuiſſe: Cum enim in iſtis ſuis vnguentis inculcēt multa pinguia calefacientia immodicè, acria, & praua qualitate prędita, ex illorum admiratione humoribus calefactis, agitatiſque, nec non malam illam qualitatem attrahentibus, non eſt mirum, ſi febres acutæ, & capitales accēdantur, vel etiam meatibus, ac poris corporis occluſis, cum maligni humores tranſpirationem habeant impeditā; magis à putredine corripiuntur, ex quibus pernicioſæ febres progignūtur, eoq; minus periclitatores illi curationem hanc tutò aggredi poſſunt, cū plura ſint ſcabiei genera; alia .n. humida, alia ſicca; alia criticè, & alia ſponte effecta; alia à ſanguine corrupto; alia à pituita ſalſa; alia ab humore, melancholico, quibus profectò unicum linimentum, quod a cōſueuere iſti ſemper ī vſum trahere pro omnium curatione, ſatisfacere minime poteſt: id quod fuit à Celſo comprobatum aſſerente, *non eadem omnibus, etiam in ſimilibus caſibus opitulari*. Quod ſi curationē per remedia interius adhibita perficere velint, Pharmaca, catapotia, vel pulueres facultate purgatoria præditos exhibentes, cum temperamentorum, humorum, ætatum, temporum, & multarum, aliarum rerum nullam cognitionem habeant, ac diſtinguere ignorēt, ſicuti pro purgatione ſecundum rationem facienda, eſt opus; ſequitur ut niſi magno cum periculo ægrotantium huiuſcemodi affectio, nec minime poſſint ſanare, & nec temere hoc me aſſerere credat aliquis, legat Hippocratem ſcribentem, *omnes homines cū varias* ha-

admotione

Scabei plura genera dari.

In Proemio.

Cum medicamentis internis, practicos hos ſcabiē tutè non poſſe curare.

Lib. de loc. homine. 50.

habeant temperaturas, varias quoq; expetere curationes, quamquàm vnus, & idem ſit morbus, et ſi quę diuerſæ ſint curationes, diuerſa quoque fore inſtrumenta, quibus curare neceſſe eſt. Videat nec non Galenum idem ſentientem: nempè cum varia ſit, & multiplex corporum differentia, tum in natiuis eorum tẽperamentis, tum ætatum mutationibus, inſuper vitæ ſtudijs; nulla ratione, quod componitur medicamentum omnibus conuenire poteſt: ideò duo in promptu habeto, alterum valentius eiuſdem generis reliquis, alterum mitius, quibus inuicem mixtis, dum vſus poſtulat per multa intermedia iuxta miſturæ quantitatem conſtitues; quibus & Celſus conſentit, cum apertiſſime doceat, *non omnibus ægris eadem auxilia conuenire*. quid clarius deſiderari poteſt, pro explodenda horum Empiricorum temeritate? qui (vt eſt in Adagio) vno calopodio volunt omnes calceare. Idẽ affirmare poſſum de dolore dẽtium, qui tutò ab Empiricis curari nequit: cum enim à varijs, & contrarijs cauſis excitari poſſit, modò ab intẽperie ſimplici, modò cum materia, & nonnunquàm cum ſolutione continui manifeſta, modò à cauſa calida, modò à frigida: vnico cum præſidio, vel duobus ad ſummum nequaquam aboleri poteſt, potiſſimum cum, à qua cauſa ortum habeat, ipſi ignorent, Ideo non eſt mirum, ſi aliquando offerendo remedia morbo contraria, dolores magis exacerbentur, cum cauſam adaugeant, ex quo febres, deliria, conuulſiones, & alij grauiſſimi morbi conſequi conſueuere. Illud etiam de dolore aurium aſſerere poſſum, qui à remedijs cum curatione non adhibitis adauctus, febres adducit, qua comitante letifer à medicis iudicatur. Ideo ſæpius miratus sũ, qua ratione iſtiuſmodi homines tam exitioſi & perìculoſi

3.de cõp.med. per gen. c.3.

Lib.1.cap. 1.& lib.3.

Ex Ga.9.meth. c.16.

Dolores dentium Empiricè tantum curari nõ poſſe.

Idem de aurium dolore.

B gene-

Empiricorum ac circulatorũ uitia ac deceptiones produntur.

generi humano ita paſſim admittantur, cum neque literas, neque doctrinam, neque artem ingenuam ullã didicerint; ſed omnium literarum rudes, rerũ uſu deſtituti; fidei & promiſſorum violatores, patrię deſertores, ac prorſus hiſtriones nugaciſſimi, calamitoſa temeritate, loquacitate in ſpeciem culta, ſimplicem plebem, turbam credulã argento mulctant, incautos fallunt, ſalubritatem turbant, ſacram artem planè manibus profanant, venenum pro remedio, & mortem pro vita ſæpius propinant, vt merito de his Plin. conqueratur, quòd fraudes hominum, & ingeniorum capturæ officinas inuenerint iſtas, in quibus ſua cuique hominum venalis promittitur uita, ſtatim cõpoſitiones, & mixturæ inexplicabiles decantantur, iſti enim ſolemni ritu in plateis publicis, in porticibus, in triuijs, ac pagis mepicamenta ſua ferè plerunque adulterina exponunt, ij collyrio uno, omnium oculis; emplaſtro vno omnium uitijs; poculo vno omnium affectib. medicantur. Sed iam his omiſſis, vnde digreſſus ſum, reuertar, cum de Medicorum, qui ante cognitam ęgritudinem medicamenta cum ęgrotantium diſcrimine adhibent, mortali crimine uerba facerem: in quorum numero haud recenſendi ſunt probi, & docti illi Medici, qui in quibuſdam affectionibus cognitu difficilibus præſertim initio, aliquod leue pręſcribũt remedium, vnde nullnm, vel leue ſaltem poſſe cõſequi damnum aperte norũt; donec morbus ipſis innoteſcat; quamuis explorandi morbi cauſa, id tutò fieri valet, vt nos Hipp. Galen. & Celſus docuere, Hipp. enim inquit, *Si quis morbum non cognoſcat, medicamentum bibẽdum præbeat non fortè, ſit itaque leuior inde fiat, demonſtrata eſt via, quod gracilitatẽ inducẽdo curãdus eſt, præterea lateris dolorẽ ſiue is per exordia fuerit, ſiue poſtea obortus ſit, tentare ç calidis*

Lib. 24.

Ex. 5. Hier. in prefat. com. in ep. ad ephes.

Pro morbo difficili ephorundo aliquid leue adhiberi poſſe.

Lib. de loc. in hom.

2. acut. t. 1.

dis fromentis diſſolui nõ ab re fuerit. Gal. vero hũc Hip. locum exponit: *nã cum primum laterales morbi oriuntur, dolereque latus incipit, quia nondum manifeſta eſt affectio; calefactionibus, fomentiſque periculum faciendum eſt*, Celſus vero, *vbi cauſa* (inquit) *incognita eſt, videre oportet refrigerantia magis, an calefacientia leniant, & ijs vti, quæ experimentum approbauit*. Talia remedia etiam medicus, ſicut ego opinor, præſcribere poteſt, ut aliquod ſolamen ægrotis porrigat, vel ne imperiti medici nomine notetur, præſertim ſi morbus cognitu difficilis ſe ſe offert, intereaq; ſtudijs, ac viſitationibus ſumma diligentia vacet.

L. de plac. Hip. & Plat. c. 6.

Lib. 4. c. 2.

Qui medicinæ præcepta negligit, vel ſtudijs uacare, cum opus eſt contemnit, experimento ſuo nimis fidens, ac proprio ſenſui nimis tribuens: peccat, & damna præſtare debet. *Cap. III.*

QVo tempore ab Aegyptijs Medici fuere recepti, ſtatutum fuit, vt ex publico ære omnia ad uictum opportuna, ac neceſſaria acciperent, atque ipſi curationibus ægrotantium iuxta placita antiquorũ medicorum, nec non aliorum probatorum virorum decreta ſubijcerentur, quòd ſi quid præter preſcriptũ commiſiſſent, capitis pœna plecterentur, vti ex Herodoto refert, Ripa: quare à ſapientiſſimo Ieſu Syrach traditum eſt: *non te prætereat narratio ſeniorum* etiam illud, *non tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui*. & ideò propria opinio in Curationibus nulla ratione, nulloque artis iudicio confirmata, nequaquã eſt attendenda. Immo ars ipſa, & artis præcepta æſtimationi, cognitionique propriæ erunt anteferenda.

Aegyp. morte plectebant medicos curantes ex proprio capite.

Lib. 2. de tract. in 2. q. ad l. illicitas. 3.

Auctoritatem antiquorũ plurimi eſse faciẽdum.

In Eccleſ. c. 8.

In Prouer.

Rationi ac experimento in curando innitendum eſse.
De Iuſt. & iur. lib. 1. q. 1. art. 1.
9. de plac. Hip. & Nat. ca. 6. 1. Aph. com. 1.
9. meth. med.

Dom. Sot. immo Gal. ipſe apertè memoriæ prodidit, duo eſſe inſtrumenta neceſſaria ad artes inueniēdas, *Experimentum* videlicet, & *Rationem*, *vel ex ratione* iudiciū quā obrem monet, vt pro cōperto habeamus nō licere vllius artis ſcientiā nobis attribuere, niſi Methodū quādā habuerimus ꝑ vniuerſalia, quę uocātur Theoremata, & illinc in particularibus nos exemplis exercuerimus. & Io. Damaſcenus idem affert cum inquit *plurimi concordant, & ratio atteſtatur, & experimentum comprobat; illud tibi ante oculos pone; contrario verò contrarium.* Quare Medicus licet peritus, ſi ſpretis theorematis, ac præceptis medicis, aut nullo adhibito ſtudio, cū eſt opus, nimis arbitrio ſuo fidit, ac animi quodam impetu ducitur; cum hęc rationi minimè ſint cōſentanea, & hominem ſæpenumero præcipitent, illā, quam Hipp. *ſtultam facilitatem* appellat in re graui temerè ſecutus, lethali crimine ſtatim afficitur. Quòd ſi damnum nota dignum infert; id ex ſententia Hoſtien. ei præſtandum erit, quamquam in re modica & damno leui nō peccabit ſaltem mortaliter, licet experientia, & opinione ſua ductus nulla probabili ratione, prę ceptionibus Medicinæ neglectis niteretur modò illud prudenter ageret, aut modico damno eſſet. Quanto tutius ergo hominibus eſſet conſultum, ſi Medicinam profitentes, depoſita omni animorum iactantia, Illuſtrium Medicorum placitis ratione, & diutina experientia firmatis acquieſcerent, & ſententiam Diui Greg. animaduerterent cum ait, *Pia conditoris Dei diſpenſatione agitur, vbi de ſe nimis confidens anima, diſpenſatoria tentatione pulſetur, quatenus infirmata quid ſit decēs, inueniat, & præſumptionis propriæ faſtum deponat.*

Lib. Aph.

Quomodo Medicus peritus relicta ratione opinione ſuæ tantum innixus in medendo mortaliter peccet.

Lib. med.
Qūo mod. dāna reficere debeat.
In ſum. ti. de hom. & extra. codē tua nos.

Quibus in caſibus non pecceт uel leuiter peccet.
Preſumptionē temerariam alijs ac tibi nocuam eſse.

In Moralib.

Me-

Medicus valde negligens in ſtudendo, viſitando, morborum ſigna animaduertendo, vel in conſulendo cum eſt opus, grauiter peccat, & aliquando ad damna tenetur, & Irregularis euadit. Cap. IV.

SI qua eſt Ars, quæ ſtudio, & ſedulitate artificis egeat, vna ē Medicina, quæ cū pro ſubiecto habeat corpus humanum, pro ſua nobilitate, ac præſtantia quicunque error, quamuis leuis in ea cōmittitur, maximi eſt momenti, ſi conferatur cum erroribus aliarū artium, quæ circa res ignobiles, & inſenſibiles uerſantur: maiori enim cum periculo tractantur hominum corpora, quàm lignorum, lapidum, ac metallorum ſpecies, circa quas verſantur fabri vt inquit Gal. id circò Medicus eò magis, quàm alius artifex fungi ſuo munere debet, quò ſibi nobilior ſubiecta eſt materies tradidit idem Gal. utendum eſſe diligentia, tam in ſtudendo & uiſitando, quàm in dandis conſilijs, ſicut etiam docuit Hip. qui ait, *bonus medicus præeſſe debet cum aſſidua lectione, & in principio totam affectionem indagare, & quædam ſuggerere conducentia ad curationem, curareq; ægrotum, & non negligere.* & in lib. de decenti ornatu, *vt ingreſſu utatur frequenter, uiſitet diligentius, ijs quæ à deceptis per errorem fiunt occurrens; ut an mutentur, facilius cognoſcat.* Quantum proſit ſedulitas in re qualibet & rationibus, & exemplis latiſſimè probatur à Cælio Rhodigino pluribus in locis, quibus omiſſis, mihi ſat erit, illud Boetij afferre: *ſicut* (inquit) *in uno quoque facto mater eſt diligētia, ita uniuerſæ doctrinæ, & diſciplinæ nouerca eſt negligentia.* Ideo Seneca *turpiſſimam iacturam* nuncupabat, *quæ per negligentiam fieret.* & Apollonius

Diligentia, ac ſtudio eſſe opª in curandis ægrotis.

2. aph. com. 1.

Lib. de faſciis.

Lib. præceptionum.

Diligentiam conuenire in qualibet re.

Lib. 21.

Lib. de diſcip. Schol.

In ep. ad Lucil.

Studium eſse ſemper neceſsarium in qua libet ſcientia uel arte.

nius ſuadebat, *nèdum res peraguntur, defatiga remur.* Scio ego quamplurimos eſſe, qui cum paululum quid didicerint, & aliquo breui temporis ſpatio Medicinæ vacauerint; omnia ſe ſcire exiſtimantes, in Curationes dumtaxat incumbunt, ac penitus amplius ſtudendi laborem, aſpernantur, quorum error, tum per ſe manifeſtus eſt, tum maxime à grauiſſimis auctoribus depellitur. Seneca enim aſſerit, *tàm diù diſcendum, quàm diù viuas*, & Gregorius Nazan, *optabile eſt, & mihi præclarum vſque ad vltimam ſenectutem diſcere; quoniam nulla ætas ad perdiſcendum ſufficere poteſt*. & Iulianus Iureconſultus ſæpe illud habebat in ore, *& ſi alterum pedem in ſepulcro habeam; diſcere uolo.* vt non ſit mirũ, ſi à Themiſtio traditum ſit, *ea quæ ſcimus, eſſe minimam partem eorum, quæ ignoramus.* Debet itaq; Medicus, non tantum in ægrotis frequenter viſitandis, verùm etiam in danda ſtudijs opera excitare animaduerſionem, & diligentiam; nè quid inconſideratè, negligenterque agat: tum affectionem ipsã rectè dignoſcere, & in adhibendis remedijs nõ cũſtari, ac procraſtinare; quoniam ſcitum illud eſt Democriti, *parua beneficia tempeſtiua, accipientibus fieri maxima*, ac in morbis, ſi ulla unquam in re induſtria, & celeritas ut cum maxime prodeſt. Immo tanti fecit Plato ſolertiam, diligentiamque in rebus gerendis, ut mediocritate in hac vna uirtute nõ fuerit contentus, atq. ita habet è græco uerſa ſentẽtia, *Qui rem* (inquit) *aggreditur, eum non oportet in aſſiduitate claudum eſſe, ita ut dimidia quidem parte aſſiduus uigilet, altera uerò ignauiam, deſidiamque præſeferat.* Oportune itaque Ouidius.

Ad Lucil. Epi. 77.

In Apolog.

L. apud Iulia. ff. de fid. com.

Super. 2. de aui ma.

Succurrendũ eſse ægrotis ci tò, & in pluribus diligentia uti.

Lib. 1. de rem. amo.

Prin-

Principijs obſta; ſerò Medicina paratur.
Cum mala per longas conualuere moras.
Sed propera, nec te venturas differ in horas.
Qui non eſt hodie, cras minus, aptus erit.

Idcirco Medicus, qui in oblatis difficultatibus, ex quibus periculum ægrotis impendeat, ſi in ſtudēdo, aut in viſitando, aut in auxilijs præſtandis nimium ſegnis, piger, oſcitanſue morborum & affectionum notas non inſpiciat, ac perpendat, capitale peccatū admittit, & eò magis, ſi id maioris lucri gratia agat, de quo verba faciēs Cor. Celſ. pulchrè admodū dixit, q̄ quæſtui ſeruiunt libenter eos amplexari præcepta, quæ ſedulitatem non exigant: ita nec à ſcelere ſe ipſos vendicare poſſunt, licet ægrotus ſanitati reſtituatur. Sed & Innocent & omnes, eum obligatione reſtituendi aſtringunt ex Panormitani ſententia & omniū quod tamen veritatem continet, ſi culpa ſua damnū allatū eſſe cognouerit, & ſi fortè ægroti interitus ſubſequatur, irregularitatis cenſuram ſubibit, uti S. Ant. Angelica, Sylueſter, & Thabiena firmiter opinantur, & tenēt. Quod ſi Medici aliquando ſacras literas, vt fidelibus cōuenit, legerent, & diuino metu interdum per terre fierent, hos laqueos facilius abſq; dubio euaderent. Inuenirent enim in Eccleſ. ſcriptum *qui timet Deum, nihil negligit*, & idem *non te pigeat viſitare infirmos, & curam illorum gerere, ut omni cura tua explicata tranquille recumbas, læteriſque propter illos, quibus confirmatis ornamentum gratiæ recipias.*

Ex qua negligentia in cura infirmorū Medicus mortaliter peccet.

Lib. 8. cap. 4.

Quando ad dāna reficienda medicus teneatur.

Cap. tua de homic. d. in dict. cap. tua.

Irregulares qn̄ medici euadāt 3. par. tit. 7. c. 2. §§. 1. in uer. Med.

Diligentiam à ſacris literis cō mendata.

Cap. 7.

Cap. 30.

Aegro-

Aegroti abſentes num per nuncios, vel literas tutò, ac ritè curari poſſint; & quæ remedia ipſis offerenda. Cap. V.

QVàm ardua, & referta periculis ſit Curatio, quæ ægrotis abſentibus adhibetur, ſi rem exactè, & intimè perſcrutari velimus, authoritate celebrium medicorum, & rationibus erit manifeſtum: nam Ioan. Damaſc. (vt ab ipſo initium ſummam) apertiſſimis verbis memoriæ prodidit, *nullam eſſe affectionem, in qua non ſit opus interrogari infirmum*, Gal. *ego* (inquit) *nunquã puerum hunc vidi, forſan multum decipi poſſum, cum neque à principio morbi, qualis fuerit ipſius natura, neque nunc qualis ob morbum ſit, cognouerim*, Hãc autem viſitationis neceſſitatem, omnium primus Hipp. patefecit, qui multa animaduertenda mandauit circa ægrotantis adminiſtrationem, de morbo interrogationes, quæ narrat æger, & qualia; vt accipiendi ſermones, quę ad ęgrotãtẽ, quæ ad aſtantes, quę ad externos ſpectent, quẽ locũ exponẽs Gal. ait *Hip. de interrogationib. quibus Medicus ſcilicet ægrotantem interrogat, mentionem facit, ſecundo de laborãtis ſermonibus, multa enim laborantes dicere conſueuerunt, quæ dicentis mentem patefacere poſſunt, ut niſi prius eum nouerimus, ex ijs, quæ narrauerit, quale nam ſit ingeniũ percipientes, ita nos ipſi ad id accommodare ſciamus*. Adde etiam authoritatem Cor. Celſi, qui ait, *cuius rei non eſt certa notitia, eius opinione certum remedium reperire non poſſe*. Sed ut ex teſtimonijs nobiliſſimorum auctorum rationes adiungamus; notãdum eſt, tria inſtrumenta eſſe, quibus Medici vtantur in profligendis, ſeu compeſcendis morbis. Diętam nempè, Pharmaciam, & Chirurgiam;

In Aphor.

In lib. de puero epil.

6. epid. com. 2. tex. 43.

In Prœm.

Tria eſſe inſtrumenta Medica.

rurgiam; quæ ex neceſſitate pro viribus ægrotantium metienda, diminuenda, & quandoque prohibenda ſunt. Quod ſi Medicus per ſigna accepta à nuncijs, vel literis affectionem cognoſceret, & remedia opportuna ſciret; qua ratione tutò ea imperare poſſit, cum vires ægrotantis eum lateāt, & præcipuè uitales, quæ in ſola arterarium attrectatione rectè perſpiciuntur, non video; Atque vt ſeiunctim de ſecundò inſtrumēto verba faciam, de Pharmacia videlicet hoc primū afferamus, nihil eſſe, quod ęque artem Medicam in agendo coniecturalem efficiat, atque cuiuſq; remedij quantitas, vt docuit Gal. quæ tam ad exceſſu humorū peccantium, quàm e viribus ipſis eſt attendenda, vbi enim ægrotantes imbecillioribus viribus pręditi ſint, mitius, ac partius; vbi validiores vberius exhaurire licebit; Cum autem ex ſola relatione, præcipuè hominum rudium humoris ſpeties, ac copia, nec non vires ægrotantis dignoſci minime, vel ſaltem maxima cū difficultate poſſit, tutius, ac ſalubrius (vt mea fert opinio) ſaluti medici, & ęgroti vnà erit conſultum, ſi medicamenta præſertim καθαρτικὰ Græcis dicta, hoc eſt purgantia abſentibus non adminiſtrentur; Prætereà quomodo in propinandis exoluentibus medicamentis ægroto abſenti obſeruari præceptum traditum ab Hipp. poterit, vbi, *cum pharmacum* (inquit) *alicui dare velis ſiue deorſum, ſiue ſurſum purgans, interrogare eum oportet, an prius biberit medicamentum, & an aluus ex deorſum purgantibus cita ſit, & celeriter obediat, an dura; nam ſi citam ac facilem ſolutu eſſe dixerit, melioribus & paucioribus opus habet, ſi verò duram pluribus & fortioribus indiget, idē modus in ſurſū purgantibus requiritur; At ſi nunquā neq; ſurſū, neq; deorſū ſe purgatū dixerit neq; medicamētū bibiſſe cognoſcere oportet, an ad ea, quæ ſanus in corpus ingeſſit, al-*

Lib. de curat. p ſang. mis. c. 12.

Lib. de med. purg. tex. 3.

nus deorſum ſolutu facilis fuerit, aut ſurſum uerſus apposita ad vomitionem, & an ad repletionem aliquam, alui profluuium ipſi ſucceſſerit; De his omnibus interrogandum eſt, quo recte conſule queat, turpe enim eſt, & idem calamitoſum, medicamento purgante dato hominem occidere; Modò apud omnes medicos apertũ eſſe exiſtimo, iſta omnia vel nunquam, vel rariſſime ex aliorum delatione & potiſſimũ ruſticorum, & aliorum hominum in villis, vel opidulis degentium, medico innoteſcere poſſe; Idem de tertio inſtrumento, de Chirurgia nempè comprobari poterit, cum in ſanguine mittendo hæc maxime ſint ſpectanda, & attendenda ex Hipp. ſententia, Morbi magnitudo, Virium robur, Florenſque ætas; quas ſanè conſequuntur, Plenitudo, Quantitas, Qualitas, Naturalis totius corporis habitus, Tempus, Regio, Anteacta vita, Conſuetudo, & Exercitationum ſolitarum conſideratio, de quibus omnibus abunde Gal. diſputauit, Medicus autem cum virium firmitatem, plenitudinem, naturalem habitum, & anteactam vitam ex aliorum relatione, & hominum, vt plurimum imperitorum, percipere minime poſſit, ſequitur maxima cum difficultate, & ægrotantium diſcrimine, ipſis abſentibus ſanguinis miſſionem imperari, quam ſententiam alia ratione magis firmemus, etenim ſigna, quę ex uultu, ex oculis, & ex modò cubandi ægrotantis in morbis acutis conſideranda nobis propoſuit Hipp. magni ſunt ponderis, cum à principio ægrotantis vultum cõſiderare oporteat, an ſimilis, diſſimiliſue ſit eorundem bene valentium, an naſus acutus, ac caui oculi, an adſtricta tempora; quę, ſi æger abſit, à Medico proculdubio non percipientur, ac perpendentur, adde, cum ex morbis nullus frequentior ſit, quàm febris, pro cuius curatione ſæpiſſimè Medici conſuluntur, & maxima quidem

4. de rat. uict. in acut. tex. 16.

Lib. de cu. rat. per ſang. miſ. x. meth. med.

In 1. prognoſt.

quidem in omnibus febricitātibus ſigna in pulſibus, & vrinis canſiſtant ex Gal. cumque febres pariter tactu, quemadmodum ſapores guſtatu ſentiantur, ideoque inter putridarum febrium ſigna, colorem mordacem, & tactui moleſtum, maxime vbi primum manus admouetur, idem Gal. poſuerit, eiuſque caloris qualitatem percipere, pulſum tangere, vrinæ conditiones varias inſpicere Medicus abſens nō valeat; eò quod agitatæ ex motu, & vt plurimum corruptæ, atq; à ſtatu ſuo mutatæ comportentur; ſequitur, febricitantes abſentes niſi cum diſcrimine poſſe curari; Idem de innumeris alijs morbis probare poſſem, in quibus diminutè, perpetuò, ac imperfectè vrinæ notitiam Medici habent, quæ non ſolum in febribus, & affectibus iocinoris, venarum, & arteriarum ex Galeno inſpiciendæ ſunt, verùm etiam in alijs morbis; Cum itaque morbi curari nequeant, niſi prius cognoſcantur, notæ verò præcipuæ ipſorum Medicos longinquos lateant, relinquitur eos magna cum difficultate, & niſi ingenti cum periculo ægrotis abſentibus mederi poſſe, qui ſi à morbo ſuperentur, medici culpam eſſe, teſtatum reliquit Hipp. At ſi æger, vel ob paupertatem ſuam, vel ex aliquo Medici, vel externarum rerum impedimento, non poſſit à Medico viſitari, cum æger magnoperè, vt eſt omnibus commune, ſanitatem adipiſci exoptet, & multum in Medici auxilijs ſperet, quid erit agendum, ex adductis rationibus, & auctoritate, ac ſententijs tantorū virorū id negotij naturę ipſi ſolum cōmittendum eſſe, conuincimur; Attamen non prorſus Medicum auxilium miſeris ægrotis denegandum eſſe, videtur colligi poſſe ex Cōmentario Celſi, qui aſſerit, *ſatius eſſe anceps auxilium experiri, quam nullum; maxime cum Hipp. indicaſſe modum abſentium affectiones dignoſcen-*

L. ad glauc. c. 2.
6. epid. com. 1. t. 29.
L. de diff. feb. c. 7.
4. de ſan. tuen. c. 4.
1. de criſib. c. 6.
3. epid. com. 2.
Lib. de affec.
Lib. 2. c. 9.

di in lib. de arte, conſtet, vbi ait; medicum, cum non poſſit malum neque viſu aſſequi, neque auditu ex aliorum narrationibus cognoſcere ratiocinatione ipſum conſequi, ideò ſi Medicus morbos vagantes, & ſymptomata nuntijs, vel literis relata, animaduerterit, ſi ætatem ęgrotantis, mores, artem, ante actas occaſiones, tempus morbi, viriũ robur in ſanitate intellexerit, fortaſſe in cognitione, & curatione huiuſmodi ęgrotantis, non multum à ſcopo aberrabit, & *rationabile erit* vt inquit Diuus Paulus *obſequium ſuum*. ſed quoniam in dubijs pars tutior eſt eligenda, in huiuſmodi euentibus prudentem admodum oportet ſe præſtare Medicum, vt tutioribus leuioribuſque auxilijs electis, periculoſa prætermittat; ita, vt ſi certam habuerit de affectione ſcientiam, certa etiam pręſidia pręſcribat, ſicut in populum uagantibus morbis euenire poteſt, verum, ſi quam habet de morbo coniecturã, aliquod remediũ probabile, quod iuuare ęgrotantem, minimeque lædere poſſit accurata opera conſtituet, ſatius tamen foret ijs, qui ægroto res neceſſarias adminiſtrant, difficultates, quæ in tali re obijciũtur explicare, vt ne in remedijs, quæ vix minimumque proſint ſumptus inutiles fiant. Interdum enim medicum ab ipſum ægrotantem adducere, aut diuinæ prouidentiæ committere ſtatuerent; Atque hęc quamuis ex ſe difficilia ad definiendum, iudicandumque ſint, difficiliora tamen mihi viſa fuerunt, cum à nullo ſcriptore illorum, qui conſcientiæ caſus, (vt uocant) profitentur quidquam literis fuerit proditum.

Ad Rom. c. 13.

Du-

Dubia medicamenta præbens, ut experiatur, vel quæſtus cauſa, aut ne videatur imperitus, graue peccatum admittit, quod modò mortale, modò veniale eſſe poterit. *Cap. VI.*

CVm medicamenta ex ſententia Herophili ſint Diuinum munus; nec quidem ſine ratione (inquit Scribonius Largus) qđ enim tactus Diuinus efficere poteſt, id quodam pacto præſtare videntur medicamenta, vſu, experientiaque probata; non eſt vt temerè adhibeantur, nec ſuo fruſtentur fine, ſed quod ex ipſis expectatur, perficere poſſint. Quamobrem Aſclepiades inter Medicos veteres clarus aſſerere conſueuerat referente Celſo, *officium eſſe Medici, vt tutò, vt celeriter, vt iucundè curet*, quod & ab Hippocrate fuit ſcriptis commiſſum *te ad hoc* (inquit) *exerceto, morbis, vt proſis, aut ne quid noceas*, Gal. verò in interpretatione inquit, *debet in primis ſpectare medicus, vt ægris commodet, ſin minus vt certè ne incommodet.* & albi in omnibus affectibus ſummè curandum eſt, vt quæ præſidia adhibemus, aut iuuent, aut certè non noceat; Ideò in primò de comp. med. per genera inquit *ſe ſemper conatum eſſe eiuſmodi vti adiumentis, quæ an profutura eſſent, non nunquàm ſanè dubitaret, allatura verò nihil incommodi certò ſciret*, & paulo poſt ſubdit, antè omnia animaduertendũ eſſe duxiſſe, vt ſi quando magnum afferret auxilium ægro, antè proſpiceret apud ſe, non ſolum quantum profuturus eſſet ſi ex ſententia caderet, ſed etiam nè quid læderet, damnando poſtea illos medicos, qui temere & veluti qui aleam iaciunt ægrotantibus remedia offerre ſoleant, qua propter non poſſum niſi ſummopere

Medicamenta tuta & experta eſſe danda, nõ autẽ dubia ac periculoſa.

Lib. 3. c. 4.

In 1. epidem. com. 2. t. 51.

Lib. de comp. med. loc. c. 16.

mopere laudare Io. Damaſceni præceptum, aſſerentis, *medicamenta pauciora præ manibus eſſe habenda, neque niſi in quorũ ope ſæpius experientia comprobatorum fidere poſſimus, totius .n. artis notitia incõprahẽſibilis eſt.* Itaq; ego animaduerſiõe ac reprehẽſiõe dignos eẽ illos medicos exiſtimo, qui de viribus, & effectu alicuius medicamẽti dubitãtes, nihilominus, vt periculũ faciãt, vel, ꝙ eſt turpius, quæſtus gratia, aut ut ab ignorantiæ nota ſe tueantur, negris exhibere, aut propinare audent, & quoniam id fit cum periculo grauis iacturę alterius, graui etiam ſcelere aſtriguntur, ex Ant. Buſat; quod peccatum aliquando erit venia, non nunquàm morte dignum, pro varietate eorum, quæ circumſtãt, quæ in vno quoque particulari conſpirant, erit verò grauius erratum, ſi medicamentũ, ꝙ ſciant eſſe valdè noxium præbeant, quamuis id miſeratione ducti faciãt, ſeù vt ægrotanti obſequantur ex Panormitani ſententia, cum tutius ſit Deo ægrotum relinquere, quam dubia medicamenta ei propinare. Id verò dubium medicamentum meritò nuncupari poteſt, quod nihil habeat, quare exiſtimetur poſſe magis prodeſſe, quàm obeſſe; nam ſi aliquid de vtilitate medicamenti ſperent, diligentiam adhibendo, propinare poſſunt; Iam enim in dubio non verſantur, ſed benè ſperantes aliquantulum hærent. Impiè ac ſceleſtè itaque agunt illi, qui ſpe lucri ducti præſidia huiuſmodi ambigua & periculo non vacantia exhibent; Quare Heſiodus dicebat, *noli male lucrari, mala lucra damnis æqualia ſunt*; & Menander *lucrum malum ne capere velis, quia damnum ſemper affert.* item alibi *turpia lucra calamitates pariũt*, nec non Caſſiodorus *in ſua* (inquit) *natura honeſta ſunt lucra, per quæ nemo læditur*, Bone Deus, Etnirici illi Medici ob inanem gloriam ab huiuſmodi ſcelere integros ſe pręſtite-

Dubium medicamentum dãtes grauiter peccant mõ uenialiter, mõ mortaliter.

In cap. tua nos 15.

In d. c. tua nos. Innocẽ. in cap. tua nos de homic.

Qñ in dubio eſse dicuntur Medici.

Contra eos q lucri cauſa dubioſa, ac pͥculoſa dant.

Lib. 9. cap. 3.

ſtiterunt,& Chriſti ſectatores vt ſempiternam fælicitatem non amittant non abſtinebunt? inter alios etenim de ſe ipſo Scribonius Largus teſtatur, ſe aliquoties magnum ſcientiæ conſecutum eſſe nomen, ex vſu proſperè datorum medicamentorum, multoſque ex eadem cauſa non mediocrem gloriam tuliſſe.

Aegrotum deſerens non abſoluta curatione grauiter peccat, et aliquando reſtitutioni tenetur, & quamuis in quibuſdam caſibus non peccet, tutius tamen eſſe dicitur, ſi vſque ad vltimum interitum, vel completam ſanitatam eum curet. Cap. VII.

SAlomon ille per antonomaſiam Sapiens dictus in Prouer. præceptum ſalubre ſcriptum reliquit, *erue* (inquit) *eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes*; & Gal. noſter ſcripſit ex tribus, quæ propria ſunt in curatione, vnum, primumque eſſe, vt omnino abſolutionem operis conſequaris, ideò qui curam ægrotantis ſuſceptam non perficiat, & eum antè deſerat, quàm eius ſalus ſit planè deplorata, ſciens, aut credens poſſe adhuc curando prodeſſe, & ex eo obitus, vel morbi prorogatio ſequitur, delictum æterno ſupplicio dignum committit; & interdum etiam ad reſtitutionem tenetur; atque eò magis cum publica mercede, vel priuata pro integra curatione uocatus eſt, ita tenuit Aſten. quod tamen exactius pro varijs conditionibus particularium euentuum ponderari, ac diſcuti debet, cum difficile valde ſit de hac re ſtatuere, non enim ſufficit auctoritas, ſed adhibenda eſt, & ratio; facilius enim eſt de peccato,

> Cap. 24. Aegrotum nõ eſse deſerendũ niſi morte, vel ſalute ſequuta.
>
> 14. meth. med. cap. 13.
>
> L. 6. tit. 14. art. 8. q. 14.
>
> Reſtitutioni obligationem difficilius probari quam peccatum.

quàm de reſtitutione ſententiam proferre, etenim ad reſtitutionem probãdam rationes, & argumenta certiora, clarioraque requiruntur, quàm ad conſtitutionem peccati, poteſtque aliquis in eiuſmodi re peccare, & nihilominus à reſtitutione immunis euadere. Verùm ſi Medicus omnino de ægroti ſalute deſperaret, & nihil ſe opis artis ſuæ auxilijs ipſi afferre poſſe perſpiceret, vel in ancipiti eſset, aut quodãmodò neſciret ratione prauæ qualitatis, vel lõgitudinis, vel alterius difficultatis morbi quid præſidij præſtare; tunc ægrum deſerẽdo, nullum ſcelus admitteret, præcipuè cum Celſus inter latinos medicos vnicus teſtatur, *prudentis hominis eſſe primum eum, qui ſeruari non poſſit, nõ attingere, nec ſubire ſpeciem eius, ut occiſi, quem ſors ipſius peremit.* Attamen cum in Eccleſ. ſcriptum ſit, *fenerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius*, & alibi; *redde proximo in tempore ſuo, qui enim deſpicit proximum peccat*, certè ægrotantibus vſque ad vltimum interitum, vel perfectam morbi abolitionem opitulari conueniret, ſatiuſque foret etiam Aretæi ac Sorani uti cõſilio, qui dixerunt *pij medici & humani munus eſſe* excruciato in deſperatis quoque caſibus ſuccurrere, tum ne, deſerti ſpẽ omnem, & animum deſpondeat, & miſerrimè pereat, tum quia deplorati quidam ægrotantes præter ſpem ex maximè lætalibus morbis non nunquam conualuerint, ſed vt exiſtimationi ſuæ medicus etiam conſulat, aſſidentes de periculo, & interitu imminenti commonefaciat, qui vt plurimùm ſub huiuſmodi grauiſſimum morbum conſequi ſolet, id quod præcipit Auic. faciẽdum, deinde arduam illam curam aggrediatur; quoniam (vt dictum eſt) ſæpe aliqui prorſus deſperata ſalute, magna cum aſtantiam admiratione ad priſtinã valitudinem reſtituuntur, quod & exemplis comprobat,

Quibus in caſibus Medic⁹ nõ peccat ęgros deſerendo.

Lib. 5. c. 26. Melius eſſe ęgrotãtib. uſq; ad ultimũ interium vel ſanitatẽ integrã ſuccurrere. Cap. 29. c. 14.

Multos pręter ſpem medicorũ ſanari.

In 4. lib. fen. 4. tract. 2. c. 19.

bat, eorum videlicet, quibus totus uterus excidit, & & quorum iecinoris parte præciſa incolumes euaſerunt. Non igitur deſerendi ſint ægrotãtes in quocunque exiſtant ſtatu ob eorum ſolamen, ac iucunditatẽ, quam ex medicorum uiſitationibus percipiunt: quod fuit antiquitus obſeruatum, uti de Podalirio Medico Aeſculapij fidem facit. Ouidius.

Podalirij exẽplum.
In 5. l b. triſtiũ Eleg. 2.

Quem ſemel excepit, nunquàm Podalirius ægro,
Promiſſam Medicæ, non tulit artis opem.

De quo, quod prçter rem ſit dictum, veteribus monumentis etiam traditum eſt, quod cum ex aduerſis maris tempeſtatibus in Caria à caprarum paſtore ſeruatus, & hoſpitaliter acceptus ad Damathæum Regẽ fuiſſet perductus, eius filias Syrnam tecto delapſam, cùm quibuſdam medicamentis; tum miſſo ex vtroq; brachio ſanguine ſanitati reſtituit. quod Rex admiratus illũ ſibi generum aſciuit, Cherroneſſo illi tradita, in qua Podalirius mox duas ciuitates, alterã Syrnen de vxoris nomine, alteram de Paſtoris, à quo fuerat incolumis ſeruatus, Aepoliam dixit.

Quantum Podalirius ex arte medendi cõſequutus ſit.

Deploratis cibos, vel potus morbo aduerſantes non eſſe permittendos, & quodnam medicus hac in re peccatum committat. Cap. VIII.

APud quàmplurimos in medendo quidam malus inualuit vſus, vt ægrotis omnibus, quorum ſalus deſperatur, abſque ullo delectu omne genus ciborum, ac potuum concedant, vel quod deterius eſt, ſuadeant, ac imperent apparentibus fortaſſe rationi-

bus; ſententijs & auctoritatibus non rectè intellectis decepti. Hipp. enim (inquiunt iſti) ſcriptum reliquit, *eorum qui à morbo victi ſunt, curationem non eſſe aggrediendam, cum id in confeſſo ſit, quòd Medicina tales ſanare non poſſit.* & Gal. dixit, *deploratos non oportet attingere, ſed relinquere, & morbi finem tantum prænuntiare*. Si itaque horũ curatio non eſt ſumenda, & in auxilijs nulla eſt poſita ſpes, cum victus ratio, quæ præcipuè circa cibum, & potum verſatur ſit potiſſimum curationis inſtrumentum; videtur (aiunt) nullum eſſe abſurdum ac inconueniens, concedere ęgrotis, vt quicquid velint, aſſumãt: cum etiam obſeruatum fuerit aliquando nonnullos ægrotãtes pro eorum animi motu nutritos ex lethalibus morbis euaſiſſe, quamuis quibuſcunque oblatis, & optatis vſi ſint, ita medici iſti, vt etiam ſubſequenti ratione, partes ſuas tueri volunt. Nam clamant, cũ deplorati frequentiſſimè appetẽtiam ferè abolitam, vel diminutam, aut admodum vitiatam habeant; ſatius eſſe aliquem cibum, vel potum licet prauum, ipſis tamen ſuauem, & gratum concedere, quàm abſq; ullo cibo miſerè eos mori ſinere, cum ab Hipp. traditam ſit, *Cibum & potum paulo deteriorem, ſuauiorem tamẽ, & magis gratum præferendum eſſe melioribus quidem, ſed minus ſuauibus.* Nec ſolum id eſt faciendum, vt ægro gratificemur, vt Gal. in explanatione ſubdit, ſed etiã quia vtilius illis eſt & conducibilius: nam quæcunq; cum voluptate aſſumũtur, iſta uentriculus amplexatur, & facilius concoquit; vnde cibus aliquando deterior, quãdoq; redditur melior. Quàm quidem opinionem magis firmare videtur Celſus ſcribens, *cum plerunque vtilia, inſuauia ſint; ea potiſſimum ex his dentur, quæ maximè æger volet. ſi omnia iſta faſtidiat, ad excitandam cibi cupiditatem; interponatur aliquid minus vtilę, ſed magis gratum*

In lib. de arte tex. 4.

2. 1. aph. cõ. 23.

2. aph. 38.

Lib. 4. c. 16.

ex

ex quibus quidem omnibus colligi poſſe videtur, nullum ciborum,& potuum habendum eſſe in deploratis delectum. Attamen ſi ſcriptorum dicta rectè intelligantur,maximo in errore iſtos verſari erit apertum, præſertim cum clariſſima teſtimonia, & efficaciſſimæ rationes oppoſitum patefaciant.Nam medicorũ munus eſt præcipere,& rem medicam conſtituere,nõ autem obtemperare, moremue gerere, ita ut quidquid velint ægrotantes,ipſis exhibeatur. Eſt enim contra maiorum inſtituta, vti Gal.affirmat,*veteres enim medici ab Aeſculapio oriundi tanquam Duces militibus, & Reges ſubditis imperare ægros voluerunt,nequaquàm uerò Getarum, & Tibiorum,& Phrygum,& Thracum Emptitiorum ſeruuli ritu parere atque obſequi*.Hipp. vel quiſquis libri de Flatibus auctor fuerit,memoriæ prodidit,ægrotantes maximis malis,morbis, anxietatibus, doloribus, morte denique ipſa artis beneficio liberari.At cum artis medicæ præſtantiſſimum inſtrumentum, quod morbis profligandis inſeruit,ſit ipſa Diæta; cum pharmacia, & Chirurgia in deploratis nequaquàm conueniant, ſi victus ratio praua ſit,quæ ſola conuenienter adhibita adiuuare eos poteſt, cum omni penitus deſtituantur auxilio,procul dubio ægroti interibunt,& citius etiam, quàm ſi conuenienti regimine iuuarentur. Præterea tantam vim poſuit Gal. cui & alij Medici aſſenſere,in recta victus ratione pro morbis propulſandis, vt dixerit,*nullum haberi tam efficax remedium in Medicina,quod ſolitum afferre auxilium queat, ſi ei victus, vel reſiſtat,vel non adiuuet*.vnde Serapio vir ſummę ſapientię, & auctoritatis ueſtigia Galeni ſecutus,aſſerit *errorem in ſex rebus non naturalibus plus nocere, quàm ſit iuuamen medicinarum*, tantã enim eſſe vim,& utilitatem huius medicinæ partis omnes fatentur, in primiſque olim

1.meth. med. cap.1.

In lib. de uſu ihor. de Phãp.

5.pract.c.2.

Aſclepiades, vt nullũ ferè aliud medendi genus ꝑter diæteticũ receperit; ideo ſi in quibuſcunq;, recta victus ratio eſt tanti momenti: quantò magis in deploratis erit, quibus hoc ſolum remedium reliquum eſt. Hipp. etiam illud eſt, *oportere in omnibus morbis non augeri morbos, ſed feſtinandum eſſe, vt conterantur, id quod eſt aduerſiſſimum morbo exhibentes, non quod amicum, & familiare; à familiari enim, & conſueto floret, ac augeſcit: ab aduerſo verò & hoſtili, perit, & diſſipatur.* Itaque deploratis, quæ morbo aduerſantur ea ſunt exhibenda, nec ab hac ſententia Gal. ne latum quidẽ vnguem diſceſſit, vt qui docuerit ſua interpretatione, *morbos fieri ob errata, quæ in uictu contingunt.* Si itaque ex ratione deprauati victus morbi conſientur, eò magis geniti augebuntur, & acuti ad extremam perniciẽ & ab hoc ſtatu in interitum certum terminabuntur; quod etiam manifeſtius ab eodem explicatur, dũ ſcribit, *quemadmodum in ſanis prauus uictus ægrotandi adfert occaſionem, eodem etiam modò multo magis in laborantibus, ex erroribus in uictu admiſſis, grauiores fiunt occaſiones; quãobrem non ſolum cum homines ægrotant, ſed cum à morbo reficiuntur, quacunque ex cauſa in victu ſi errauerint, offendi promptiſſime conſueuerunt.* Ideo præcepit obſeruandum eſſe, *neque ijs, quæ fideliter ſanati ſunt, vel in cibo, vel in potu tranſgradi permittamus,* ex quibus omnibus iam manifeſtum eſſe arbitror, deploratos ægrotantes non eſſe ab omni auxilio deſtituendos, vt eis ſaltem recta uictus ratio non præſcribatur, vt quàm diù fieri poteſt in vita, quæ ob errata commiſſa abſque dubio diminui poteſt, aſſeruẽtur. Attamen inficias nõ irem, quin in quibuſdam, quæ parum incommodare poſſint, ſit ægro gratificãdum, præſertim ſi in appetẽtia laboret, cum ambo illi Medicæ artis Principes id eo caſu conceſſe-

In lib. de ſacro morbo tex. 10.

Com. 1. lib. 3. Aph. & in prohem. 1. epid.

2. de diff. febr. c. vlt.

In 1. de diebus decret. c. 1.

Hipp. lib. de affec. tex. 22.

ceſſerint. Alter enim *quoſcunq;* (inquit) *cibos aut obſonia, aut potus ægroti concupiſcāt, exhibeto: ſi non corpori damnum inde acceſſurum eſt.* & alter, *non valde lædentia uehementer cupientibus exhibenda ſunt, ut medicum non auerſentur, ſed eius præcepta libenter obſeruent, ut vſu ſæpe euenire exemplis probat, ego. n. inquit, multoties frigidam aquam in illis morbis exhibui, in quibus die vno, poſt eius uſus requirebatur, id ſolū ægrotis gratificans, ut optimum ſcilicet propinādi tempus præuerterim, ſimiliter verò de balneis, uino atq; id genus omnibus me ſtatuiſſe memini, verum ſi morbus, nec poſtridie, neq; prorſus vnqnam vllo iſtorum egeat, ægrotis nequaquàm concedendum; exiguam enim noxam futura poſt hac languentium obedientia emendare poterit, noxa verò adeò magna, vt extremum periculum inferat, aut morbum in longum tempus producat, non itidem deleri, & in priſtinum ſtatum redigi poterit.* ex quibus ſatis ſuperque probatum eſſe credo, ægro deploratæ ſpei valdè noxia nec concedenda, nec imperanda eſſe, cum indè celerior interitus, uel ſi ſubeſſet ſalutis ſpes, adimatur, & certa mors ſubſequitur, vt rectè ſcriptū reliqt idē Gal. *quidquid erroris fuerit in ægrotantib. commiſſum, fore in cauſa, vt vel ſerius morbus ſoluatur, vel celerius mors aduētet;* Quod ſi medicus aliquid noxium ex certa ſcientia, vel craſſa ignorantia ægrotāti exhibeat, delinquit grauius, vel leuius, penes grauitatem, & leuitatem nocumenti illati, & voluntatem ſuam, contra charitatem enim proximi operatur ſicut S. Antoninus de Miniſtris ęgrorū probat, quod etiam aliorum doctorum auctoritate firmatur, quorum dicta non ſolum de miniſtris, ſed & de ægrotantibus intelliguntur, quibus Angelica, Syluester, & Armilla ſubſcripſere.

Gal. 6. epid. cō. 4. tex. 8.

Lib. de conſtit. art. med.

In 3. par. tit. 7. c. 2. 4.

De pęnit. diſt. 2.

Inno. et Hoſt. Alex. de Arioſtis per Ab. in c. tua nos de homic.

Medicum habita medicamentorum ſcientia grauiter peccare, ſi corrupta, ac vetuſta permittat ægrotis dari, & recentiora, ac meliora non eligat: & Medicos Collegij, vel alterius Officij, & dignitatis in multis alijs peccare, vt plurimum mortaliter, & quando Medici priuati medicamenta, vel aromatariam, inſpicere teneantur. Cap. VIIII.

Medicos in ſanandis ęgris diuinam largitatē imitari.

DIuinam, ac memorabilem illam in genus humanum benignitatem, cum ſtudioſiſſimus quiſq; Medicus hominem iuuando quantum humana fert imbecillitas, imitari contendat; nulla fortaſſe ratione plenius exprimere uidetur, quàm morbis tutò profligatis ſanitatem priſtinam reſtituendo, idque contrarijs remedijs, quæ cum in tria genera medicorum celebrimi diduxerint, quæ ſupra Capite Quinto relata ſunt: inter ipſa licet magni momenti ſint Dięta, & Chirurgia, primas tamen tenere optimo iure Pharmacia videtur, vt quæ propria virtute morbos, etiam grauiſſimos plerunq; tam celeriter depellat, vt huius opus miraculi loco habeatur; undè meritò Deorum manus hæc pars dicta eſt à priſcis illis medicos, ſi tamen medicamentum ſimplex intelligendo ſit recens, ſuccoſum, legitimum, ac ritè paratum; cum uetuſtum à tineis eroſum, obſoletum, falſum, ac fucatum pro ſalubritate, morbum, & pro uita, mortem potius afferat. Idcirco Medicus, qui fidus Naturæ miniſter eē debet medicamentorū cognitionem omnibus ſuis partibus habeat expletā, & quibus notis falſa, & adulterina à veris,

Pharmaciā eſſe præſtantiorem Diæta & Chirurgia.

Medicamentū quale eſſe debet.

Medicum ſimplicia medicamenta cognoſcere opus eē.

veris,ac genuinis diſtinguãtur,calleat,nec ſinat,vt adulterata,& ſuppoſita, vel antiqua, & vi ſua carentia medicaměta, in vſum Medicum à Pharmacopolis vſurpentur; nè pro ſalutari,letiferum adhibeatur: cum hodie ipſorum manibus uita hominum,ſit concredita & commendata;ideo non eſt mirum ſi multò plus periculi ſit,nonnunquàm à medicamento uetere & corrupto, quàm ab ipſo morbo.Nemo eſt qui neſciat, eũ minimè bonum artificem fore,qui materias & ſuæ artis inſtrumenta quaſi vecors ignorauerit, proinde nõ conueniet fabros quoſlibet quorum plura ſunt genera,aut alium quempiam ex mercenarijs illis opificibus præbere ſe ridendum; cum artis perſpectam habuerit, at quantò magis ridendi erunt hi, qui Medicos ſe eſſe profitentur,cum tamen Medicæ materiæ, quæ illis in perſanandis ægris pro inſtrumento eſſe debet prorſus ignari ſint?Quomodo enim probe medeantur illi,quibus auxiliorum materia penitus, vel magna ex parte incognita exiſtat? hoc docuit Galen. ſcribens,*niſi exactè rerum quibus vtimur uires calleamus illarum ope egentibus, ſuccurrere non valebimus*, & alibi inquit *quisq; auxiliorũ vndiq; copiã habere uolet, omnis ſtirpiũ materiæ, animalium, metallorum, terreſtrium corporum, quæ ad medicinæ vſum ducimus expertus eſto, ut ex eis & exquiſita, & notha, tum meliora, tum deteriora cognoſcat*.& alibi, *medicum peritum eſſe conſulo, ſi fieri poteſt omnium ſtirpium, ſin minus, & plurimarum, & quarum uſus eſt*. Si itaq; Medicus permittit, ac patitur, vt Aromatarius medicamentis non ſynceris, veteribus, corruptis, quæ facultates ſuas amiſerint, vel ſuppoſitijs, præſertim ijs, quę plurimo conſtant,& per os ſumi debent, ægrotis porrigat,& in compoſitis medicamentis vtatur, nec ipſe recẽtiora, meliora, ac legitima deligat, æterno adiudi

Contra ignaros Medicę materiæ, vel inſtrumentorum artis medicæ.

in 1. de alimẽ. fac. c. 1.

Lib. 3. cap. 3. de cõp. med. per gen.

1. de antid.

Peccare grauiter Medicum mala medicamenta permittentem & bona non eligentem.

can-

In d.c. tua nos de homic.

candus incendio reos efficitur ex ſententia Innoc. Hoſt.& Pan.nec non reſtituere tenetur, niſi ementib. pro ægroto talem aromatarium ſelecta medicamenta & bona non habere denunciauerit. Verum ſi medicamentum uili conſtaret,& extrinſecus tantum apponeretur,ut vnguentum,oleum, vel quid aliud ſimile, nec magno ementis damno,peccatum non quidem morte,ſed venia dignum iſtud crediderim.Itaque medicis,qui ex iniuncto Collegii, ſeu Protomedici officio Pharmacopolia luſtrant, & inquirunt,de ipſorum Pharmacopolarum peritia,periculum faciendum eſt, vt cum eſt opus pyxides eorum excutiāt, ſeplaſiarios imperitos ad artem hanc exercēdam obiurgent, nec admittant, & præeunte examine idoneos quærant. Quod ſi negligentius ſe geſſerint,& ignaros ob acceptas pecunias, vel ob quamcunque aliam rationem adminiſtrationi medicamētariæ tabernæ præeſſe cōceſſerint,neque vt medicamenta,cum ſimplicia, tum compoſita, præſertim quæ ſunt efficaciora,ac magis periculoſa & incommoda,ſint legitime, & rectè confecta, animum contenderint, vel vetuſta,illegitima, ac corrupta,in Officinis haberi, & vſurpari paſſi fuerint,atque triturationi, ac mixtioni compoſitorum cū poſſent & deberent intereſſe,faſtidiuerint, & ſpreuerint leges,ac conſtitutiones Collegiorum,quas obſeruare iuramento ſunt polliciti, non ſeruauerint, quib. neglectis facilè poteſt deceptiones,& peccata grauia in Officinis, damnaque ementibus oriri, in quolibet ex iſtis particularibus grauem culpam committent, quæ plerunq; de genere lethalium erit. Medici verò, quorum non eſt Pharmacopolia explorare,ſi ob ſigna manifeſta,& rationes magni ponderis de peritia, & fide Aromatarij aut medicamenta non fuiſſe rectè & ordine

In quibus medici uniuerſitates peccent.

Medici priuati quādo pharmaca uel aromataria inſpicere teneātur.

ordine confecta, ſuſpicentur, Officinam illam, vel ſaltem illa pharmaca, quæ ſibi ſunt ſuſpecta, explorare, ac inſpicere tenentur; vt ægroto, qui ſe illis tradidit, quantum poſſunt, cauere, & tutos quatenus hac parte conceditur, ſe reddere. Quòd ſe in illa Officina hęc prętari nō poſſint, alium Seplaſiarium probatæ uitę, ac peritiæ adire conueniet, iuxta præceptum Pauli, *quod bonum eſt ſectemini inuicem, & in omnes omnia probate; quod bonum eſt tenete.* nulloque pacto erit permittendum, vt aliquod etiam modice corruptum in compoſitis imponatur: nam, ut inquit idem D. Paul. *modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* qua corruptela multum nocebitur ægrotanti, & tamen Medicina, vt tradunt omnes, ſcientia ſanandi, non nocendi definitur: quæ niſi omni ex parte incumbat in auxilia laborantium, non præſtat, quam pollicetur hominibus, opem.

1. ad teſſal. c. 5.

Ad Galat.

Medicum lucri cauſa morbum protrahens, opportuna non adhibens, morbum augens, vel recidiuam faciens; peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Cap. X.

IN quacunque arte moleſtam & odioſam eſſe procraſtinationem intelligimus, ſed in Medicina, in qua dilatio affert vitæ periculum multò moleſtiſſimam, atque in omnibus morbis feſtinandum eſſe, vt ipſos quàm citiſſimè proteramus, nec vlla ratione augeri ſinamus, memoriæ prodidit. Hipp. ut non immeritò Plinius Valerianus dixerit, *crudelis prorſus eſſe Medici eos morbos, qui poſſunt paucis diebus, vel horis repelli; in longum protrahere tempus, & ægros tamquàm in redditus habere.* ideò in Eccleſ. ſcriptum eſt, *in omnibus operibus*

Aegros cito curandos eſse, nec morbū eſſe protrahendum.

In epiſt. ad Crateuam & in li. de ſac. morbo.

Cap. 1.

Cap. 5.

tuis eſto velox, & in Prouer. *ne dicas amico tuo vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare*; Quibus tamen præceptis vel neglectis, vel omiſſis, ſi qui reperiantur Medici; qui quæſtus gratia, aut ſpe amplioris mercedis capiendæ morbũ protrahunt, ac eius curationem morantur, vel opportuna, ac neceſſaria auxilia prætermittunt, aut ipſum morbum augent, ſeu efficiunt, vt qui iam conualeſcebat, denuò in eundem morbum relabatur; capitale delictum committũt, ſatisfactionique ſunt obnoxij, ex Ant. Buſat. & Nauar. nam, vt Archiepiſcopus inquit in eodem Capitè *de furto eſt, quicquid hoc modo lucrantur*, nec hominis, vel Medici, aut Chriſticolæ nomine nuncupari merentur; non homines, cum legem, & ius ipſius naturæ peruertant, quæ iubet, *quod tibi non vis, alteri non eſſe faciendum*, immò neſcio an Vultures quidam rapaces meritò appellandi ſunt, qui teſtante Plinio *biduo ante aduolant, ubi fore cadauera præſagiuerint, quæ uorent*. Aeq; iſti, qui ęgritudinum prorogationes affectant, quęſtus cupiditate ducti. Non Medici nomen etiam his conuenit, quoniam, vt Gal. aſſerit, *Medicus, qua Medicus eſt, corporis ſanitati conſulit; qua verò ob aliud quid hoc agit, alio certè nomine erit appellandus*. quippè cum nonnulli lucri cauſa Medicinam exerceant, quidam ob ſibi legibus cõceſſam immunitatem, ac Reipublicæ uacationem: alij humanitate compulſi; gloria alij, & honore allecti quatenus ſanitatis opifices ſunt, Medici omnes communi verbo vocabuntur: quatenus verò varijs conſilijs munus illud tractant, alius humanus, alius ambitioſus, glorioſus hic, ille quæſtuoſus appellabitur. Demum cum Chriſti ſectatores animã ſuam magno æſtiment; Auari verò Medici venalem habeant, ſicut traditum eſt ab Eccleſ. *auaro nihil eſt ſceleſtius, nihilque in-*

Medicus lucri cauſa morbũ protrahens, neceſſaria prætermittens, morbum ad augẽs, uel Recidiuam procurãs mortaliter peccat, & reſtitutioni tenetur.

In d. c. tua nos c. 25. n. 6.

Hos nomine hominis, Medici, Chriſtiani, non merẽ. ar.

Lib. 10. c. 6.

Lib. 9. de plac. hip. & plat. c. 5.

inquius, quàm amare pecuniam, habet enim animam ſuam venalem. quis autem eos Chriſtianos appellare audebit? Quoniam itaque iſti lucrum magis, quàm ſalutẽ hominum quærunt, quamuis eruditiſſimi, & in arte admodum uerſati cenſerentur, uti lupi ouium pellib. induti, etiam atq; etiam ſunt vitandi: nam qui finis eſt artis Medicæ, ſanitatem, nequaquam conferant: *fieri enim non poteſt*, ait Gal. *vt qui pluris facit diuitias, quàm virtutem, quique artem non in hoc didicit, ut benè de hominibus mereatur, ſed vt diteſcat, & ad proprium artis finem perueniat, is ſimul & pecuniæ ſtudio ſeruiat, & exerceat artem tam ſublimem, tamque arduam: ſed eſt neceſſe, ut qui uehementius incumbit in alterum, alterum negligat.* ideò adhortatur Medicũ, *vt ſobrius, pecuniæque contemptor, prolixa ſit liberalique natura.* Fieri enim nequit, vt qui diuitias contemnit & beneficam gratificandi uoluntatem amplectitur, aliquod abſurdum, probroſumque committat, quicquid enim turpe audent patrare homines, aut auaritiæ impulſu, vt uoluptatis illecebris lactati flagitium admittunt.

Auarum medicum quamuis peritum ſanare uix poſſe.

Lib. qui opt. med. ſit & phil.

1. meth.

Qui medicamentum preſcriptum, & deinde pro non conuenienti cognitum commutare cum graui damno infirmi renuit, peccat, & ſatisfacere tenetur. Cap. XI.

HOminum vel eruditiſſimorum eſt interdum errare, quod Gal. Razeſque affirmarunt, Gal. enim refert Archigenem, quamuis, quæ ad Medicam ſpeculationem attinent diligenter ediſcere ſtuduiſſet, atque ob id ſcripta, quàm plurima memorabilia reliquiſſet; non tamen in omnibus, quæ tradidit irreprehenſi-

Eſſe proprium hominis errare.

Lib. 2. de com. med. loc. c. 1.

henſibilem fuiſſe; difficilè enim eſſe quin caducæ, & fragilis humanæ conditionis ratio in multis non labatur, quædam videlicet penitus ignorando, quædã verò malè iudicando, & quædam tandem negligentius ſcriptis tradendo. Razes autem eodem prope ſenſu ait, *hominis naturam non euadere errorem, maxime in rebus difficilibus, ſolius enim eſſe Dei, nec falli, nec fallere; hominum verò contra & ſæpè falli, & fallere*, & latè confirmat Pet. Anc. & quamuis Macrobius huiuſmodi teſtimonium de Hipp. perhibuerit, *vt nec falli, nec fallere poſſet*, contrarium tamen, & verius ſcripſerit Celſus eundem Hippocratem ingenue confeſſum fuiſſe, *à futuris ſe fuiſſe deceptum more ſcilicet magnorum virorum, & fiduciam magnam rerum habentium, nam leuia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt, magno ingenio multaque nihilominus habituro conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio, præcipueque in eo miniſterio, quod vtilitati cauſa poſteris traditur*, & idem retulit Quintilianus *Hipp. clarum arte Medicinæ virum honeſtiſſime feciſſe, quòd quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt*, & certè *nemo mortalium omnibus horis ſapit*, vt teſtatur Plinius, & Horatius de Homero.

Part. 6. aphor.

Cap. à nobis ſen. excom. Hippocratẽ aliquã erraſse.

Con. 210.

Lib. 8. cap. 4.

Lib. 1. cap. 8.

l. 7. nat. h. c. 15.

In ar. poetica.

——quandocunque bonus dormitat Homerus,

Nec fieri poteſt, quemquam mortalium inueniri, qui aliquando lapſus non ſit, & ſenſit Crates ille Thebanus apud Diogenem Laertium, non omnes poſſe fieri Apollines, non omnes Aeſculapios, non omnes Hippocrates, aut Galen. Ideò Medicus ille, qui pharmacum aliquod ad morbum expellendum præſcripſerit, quod poſtea noxium, ac inutile intellexerit, nõ erubeſcere debet, eo omiſſo, aliud imperare; ſicut Euripides in Bellerophõte teſtatur, ad morbi naturã

Medicus ſi medicamentũ preſcriptũ & pro noxio cognitũ aliud nõ imperat cum graui damno egri mor peccat.

opor-

oportet medicum reſpicientē mederi, imperata phar maca nō exhibendo, niſi morbo conueniant; quoniā vt legitur in Eccleſ. *antè grandinem, præibit coruſcatio; & antè verecundiam, præibit gratia.* vt non immeritò vulgo celebretur illud ex Comico, *Erubuit, ſalua res eſt*; quòd ſi magis timore inani, vt ne ignarus uideatur, aut potius alia quapiam ratione nullius momenti; quā veritatis, & vtilitatis gratia ductus, iniunctum medicatum ægro obfuturum admittere, ac aliud opportunū ſufficere nolit; gehennę ignis æterni iam deportatus eſt, ni reſipiſcat; præſertim ſi cum inſigni ægrotantis iactura fuerit pertinax, atque ad damna reficienda tenetur, vti Armilla, & Caietanus probant.

Teren. in Adelph.

Verb. med. 1. In ſummula.

Sententiam mutare erubeſcens in diſputationibus, ac canonicam curationem ab alio medico aptius propoſitam in dubio reuocans, peccat cum obligatione reſtituendi. *Cap. XII.*

TOta Ars Medica (vt memoriæ prodidit Hipp.) ob medicorum controuerſias apud vulgum calumniam adeò grauem patitur, ut nullo pacto uideatur eſſe Medicina, quoniam *Controuerſia*, vt Gal. in explicatione ait, *iuſtam ignorantiæ ſuſpicionem oſtendit: concordia uerò iuſtam, magnamque cognitionis ſpem demonſtrat*; ſtatim enim cum circa aliquas artes, opifices diſſentire videntur, vulgus eos vel ignaros eſſe iudicant, vel artem ipſam non eſſe conſtantem, ſicut ex contrario ſi ignorant vna, peritiam præferant, & ad ſpem erigāt omnes, fore vt optimè ſe gerant, unde & illam artem conſtantem putant, in qua artifices cōſentiunt, & eoſdem artifices in illa arte credunt præſtātes, quaſi omnia

In 1. de vic. rat. in acut. t. 5. Cur ars Medica vituperetur à vulgo.

nia perfectè calleant, cum diſſentire non ſit opus; At cùm hoc ſit commune omnium artium, ac ſcientiarum; ut interdum diſſentiatur, uti inductione comprobari poſſet, non eſt, quòd vulgares mirentur, ſi Medici non ſemper eadem in re conſentiāt, immò interdum ob indagandam veritatem, & vt tutius ægrotis ſit cōſultum, in rebus dubijs honeſtè, ac humaniter diſputationem habeant neceſſe eſt. id quod probari ab omnibus intelligentibus debet; meliores enim rationes in medium afferendo ad veritatis agnitionem, qua nihil prius, neque antiquius viro bono eſſe debet, facilimè peruenitur, & valetudinē infirmus priſtinam, qua nihil iucundius, ac optatius ægris accidere poteſt, recuperat. Si quis verò diſſerendo veritatem non aſſequatur, ab alio autem agnitam, & propoſitam, ne cedat, et minus acutus uideatur impugnare, ac refellere velit, nimis impiè, ac humaniter agit, vt meritò cum Dauide, Aſpidi comparari poſſit; cuius natura eſt, ut quotieſcunque excantatur, cauda obturet, & obſtruat aurem: nè uerba audiat excantātis, & hæc eſt ratio, propter quam ſurdus à Propheta nuncupatur, cum tamē auditu ſubtiliſſimo ſit prædītus; ſed cum peruicax opinionem alterius rectè ſentientis repellat, erroremq; ſuum clamore & inanibus rationibus protegat, velut alter aſpis oppilata aure, non uult ex latibulo ſuo detrudi, *falſæ etenim opiniones*, vt ſcripſit Gal. *animas hominum præoccupantes non ſolum ſurdos, ſed & ita cæcos reddunt, vt videre nequeant, quæ alijs conſpicuè appareant*, ideò non eſt mirum, *quòd peruerſæ mentes*. vt ſcribit. S. Gregorius, *ſi ſemel ad ſtudium contrarietatis eruperint, ſiue prauum, ſiue rectum quid à contradicentibus audiant*, aduerſus hoc reſponſionibus impugnent, cum id ex immodico, vel non decenti amore

Diſputationes in curationib. vtiles.

De impietate eorum qui veritatem ab alijs cognitam ac propoſitam impugnare audent.

Pſal. 17.

Comparantur aſpidi.

8. de cōp. med. loc. cap. 1.

19. Moral.

ſeu

ſeu ipſius ortum habeat. At qui nimis peruersè ſeipſum amat, qui & alios uult errare, vt errorum ſuū occultet, quantò autem melius, & vtilius eſt, ſi vbi is errauit, alij non errent, quorum admonitu ipſe ſi nolit, non labatur; itaque ſi quiſpiam Medicus mutare ſententiam uerecūdetur, veramque ac rationabilem Curationem ab alio propoſitam reijcit, vel dubiam reddere nititur, quæ (niſi ipſe pertinaciter obſtaret) adhiberetur, ſi res ſit magni momenti, maximum peccatū, ac morte dignum committit, ſicuti Caietanus aſſerit, & damna præſtare debet; ſcriptum eſt enim in Eccle. *non contradicas uerbo ueritates vllo pacto, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.*

Diſt. 31.

Sententiā mutare nolens, ac ueram curationem reſpuens mor. pecc. & ad reſtit. tenetur.

Cap. 4.

Medicamentis nec experimento, nec ratione comprobatis non eſſe utendum, et aliqua de medicamentis veterum, ac recentiorum dicuntur.

Cap. XIII.

MEdicamenta antiquorum, & longo vſu comprobata facilè dimittere, & noua paucisque experta paſſim vſurpare à ſapientiorib. Medicis damnatum ſemper fuit, & præſertim à Gal. aſſerente, pleroſque Medicorum à Pharmacis remedijſue, quę Medici longi temporis experientia optima eſſe probarūt illaque nobilitata & ſpectata reddiderunt, hac ratione ſola abſtinere & diſcedere, ut ipſi quidpiam prẹter maiores egregium habere inuentum uideantur; attamen ſciendum eſt, haud facilè ullum ex iſtis recentioribus reperiri, quòd his ipſis celebrius medicamentis, quæ ab omnibus laudantur, ſit præſtantius. Idem fermè cenſuit Auicenas, *melius eſſe vti medicamentis cō-*

Medicamenta antiqua nō eſſe dimittenda, ac noua vtēda.

Lib. 2. de cōp. med. per gen.

Lib. 5. ſumm. 1. tr. 1.

ſue-

ſuetis, & expertis, aſſiduoque vſu approbatis, quàm noua, & inſolita in vſum trahere conari. Quòd pariter indicaſſe uidetur Sapiens, non trāſgrediendos eſſe terminos antiquos à maiorib. poſitos, neque in omnem uiam de recta declinandum, idcircò qui Medicamentum in arte medica non contentum & compræhenſum, nulloque experimento cognitum, rationeue comprobatum vſurpat (ſic.n. Catecheſis Placentina interpretanda eſt) mortaliter peccat; quoniam experimentū ipſum eſt pręceps, & periculoſum, vt tradit Gal. materiæ ratione; neque enim ligna, lapides, & coria, artis medicinalis, ut aliarum materia ſunt, in quibus experiri, & exercitari multis modis impune licet illi, qui ſe circa ſuæ artis materiam exerceat, eiuſque theoremata meditetur, id quod in lignis fabri, in corijs ſutores faciunt, ligna ſiquidem, & coria malè tractantem corrumpere, nullum periculum eſt; at in corpore humano illa cupide periclitari, & experiri, quæ non ſunt experientia comprobata, non eſt citra diſcrimen, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminentur. Attamen, quoniam remedia quælibet pro curatione morborum ex ſententia Galeni duob. quaſi inſtrumētis & modis, Ratione uidelicet & Experientia ſimul inueniri poſſunt, nullum autem cum altero dumtaxat eorum reperietur, propterea, qui pharmaca ab arte aliàs non præſcripta in vſum trahit, quę tamen vel ipſe, vel alij peritiſſimi Medici experti ſint, eſſe proficua, ac ſalutaria, & rationi non repugnantia, nullum admittit peccatum. Quamuis enim hoc tempore multa medicamenta deſint; quibus priſca ætas abundauit, tamen diuina benignitas tam multa nobis ſuppeditauit, veterum ſagacitati ignota, vt nihil ſit, cur illis magnopere hoc nomine in-

Prouer. ca. 22. pr. 28.

Medicamentis non expertis uel ratione nō cognitis utens pecc. mor.

L. 1. aph. cō. 1.

Remedia duobus inſtrumentis reperiri. In 3. met. ca. 3. & 5. meth. c. co

Quando medicus nō peccet utendo medicamentis nouis.

Loco multorum medicā. antiquæ ætatis multa alia eſſe tradita.

inuideamus; cuius generis ſunt Mãna vulgaris, Rhabarbarum, Caſſia Arabum, Stibium pręparatum, Radix Mechiocham, Saſſafras, & alia ſexcenta ſimplicia medicamenta, ſatis à recentioribus celebrata, quæ nihil attinet commemorare, vt hac in re locũ habeat dictum Aretei. *omnium bonarum artium magiſtram eſſe experientiam, ipſam verò periculi faciendi rationem imperitiamq; timoris, & cautionis cauſam eſſe oportere.* Medicamenta noua. In li. 1. mor. acut. cur. c. 2.

Peccat Medicus, ſi medicamento nimis purgante ægro damnum aliquod inferat. Cap. XIIII.

MEdicamentum exoluentium ope, ac congruo vſu in morbis, in quibus conueniant, ſummos fructus, atque præſtantiſſima adiumenta ſubſequi, quotidie Medici experiuntur, eò quòd & à Gal. ſit memoriæ proditum, *admiranda opera à purgantibus remedijs abſolui, ac perfici*, ideò ſuprà tetigimus tanquàm prouerbio, priſcorum, poteſtatem, ac vim diuinam ijs ineſſe, cum deorum manus iuuantia Medicamenta dicerentur: nam præſenti quaſi nomine quodam ipſa iuuandi celeritate, & efficacia ægri ingentibus periculis tũ leuantur, tum liberentur; quòd vt præſtare poſſint inter multa alia, quæ ante ipſorum exhibitionem ſunt obſeruanda, hoc vnum præcipuè Medico ſit attẽdendum, vt illius quantitas acri iudicio, & coniectura viribus accommodet; ex Hipp. præcepta, nihil enim artem medicam ęque coniecturalem facit, atque vniuſcunq; remedij quantitas teſtimonio Gal. adducto eſſe, non humoris tantum peccantis ſpeciem, & copiã, verum & in primis vires ægrotantis ſpectandas, vbi enim imbecillioribus uiribus præditus ſit; mitius, ac par-

De purgantiũ medicamentorum pſtantia. Lib. 6. de cõp. med. loc. c. 2. Cap. 9. In pharmaco deſcribẽdo vires maximè obſeruãdas eſſe. 1. aph. 2. & 23. Lib. de cur. rat. p s à miſs. c. 11.

A validioribus quã par ſit abſtinendum à quibus multa mala proueniunt.

partius; vbi validioribus vberius eundem exhauriendum eſſe, quòd ſi pharmaca vehementiora, quã morbus, vires, ac ætas ferat, exhibeantur, non ſolum morbi ſanatu difficiles, & contumaces euadunt, verum, & exolutiones, aliaque ſubſequuntur incommoda, nè amplius nomen Medicinarum mereantur: nomen enim medicinę (vt S. Iſidorus teſtatur) à modò, ac temperãmento impoſitum exiſtimatur, non vt vniuerſè, ſed paulatim adhibeatur: nam in exuperantia contriſtatur natura, mediocritate autem gaudet, cũ immoderatio nõ ſalutem, ſed periculum afferat: vnde Hip. *exinanitiones, quæ ad extremum deducunt, periculoſas eſſe*, dixit. & Sapiẽs, *qui vehementer emungit, elicit ſanguinem* nec non Gal. à quo non diſſentit illud Platonis, quod iam ore vulgi paſſim celebratur μήδεν ἄγαν, *ne quid nimis*, quod quidem ſi obſeruaremus, habentes pro fine, quò tendamus cubantis vtilitatem, proculdubio omnia in ægrorum commodum cederent, & quã pollicentur Medicamina, vtilitatem prçſtarent, quapropter ſi Medicus viribus ægroti minus expenſis, æſtimatisque medicamenta nimis fortia, ac valida imperat, quibus ægroto damnum inferatur; delinquit, & peccatum ex quantitate damni penſandum eſt: Ripa, & Ioan. Docto. Quòd ſi medicamenta aptè, appoſitè, & ſcienter comparauit, adhibuitque eam diligentiam, quàm potuit, non peccat, etſi, aliquod damnum ſequatur, cum ſit ſimpliciter fortuitum.

Lib. 4. etymol.

Lib. 6. Aph. 39.

In Prou. c. 30.

12. meth. c. 11.

Exhibito medicamento ſuprà vires cũ dãno egri Medic. pecc.

De vlt. par. 149. De tit. de inuas 27.

Mul-

Multos infirmos eodem tempore curandos admittens, ſi ſit cum damno alicuius, peccat; in aliquibus tamen caſibus nihil peccat. Cap. XV.

VItam humanam eſſe breuē ad Artis medicæ cōparationem, occaſionem verò in morbis curãdis fugacem, & præcipitem, elapſamq; amplius reuenire nō poſſe, Hipp. in 1. ſtatim limine ſuarum Definitionum pronunciauit, quod quamuis in valde acutis morbis potiſſimum ſit verum, in alijs etiã aliquo modo à veritate non abeſt; difficillimum tamen, mea sẽtentia, eſt, nè dicam impoſſibile, vt Medicus multorũ ægrorum eodem tempore curam gerens, omnibus decenter, & opportunè opitulari poſſit; hunc etenim, cum cibi ante acceſſionem capeſcendi præterijſſet occaſio, in occaſione, vel iuxta ipſam nutrire cogeretur, contra illud Hippocratis *in acceſſionibus cibo obſtinere oportere, dari enim noxium eſſe*, illum autem ſi ſanguinis mittendi, vel aliud medicamentũ opponendi opportunitas elabatur, vel morbi productio, vel interitus ſubſequatur, neceſſe eſt, vt rectiſſime à Celſo ſcriptũ ſit, *ab vno medico multos non poſſe curari, eumq́ ad ſanandum valde, idoneum eſſe, qui non longè ab ægro recedit*; nè illud ſacri legislatoris Moyſis poſſit in eum proferri. *ſtulto labore conſumeris, vltraque vires tuas tibi eſt negotium ceptũ.* Qui itaque tam multos ægrotos curandos ſuſcipit, ſi adſint, alij Medici periti; quorum doctrina, & curatione facilè poſſit à laboribus ſubleuari, ſi omnibus ambitione, aut quæſtu ductus ſuccurrere, eoſque viſitare vellet, cum (vti res exigit) non queat, grauem culpam admittit, quòd ſi nimia auiditate ſatis omnibus fa-

> Medicum multos eodẽ tempore rectè curare nō poſse.
>
> 1. Apl 1.
>
> 1. Aph. 2.
>
> Lib. 3.
>
> Quanto Medicus peccet etiã mor. multos eodem tempo pore curam ſuſcipiens.

ciendi vni, vel alteri graue damnum afferat, capitali delicto afficitur: nam ut apud Eccleſiaſticum legitur, *qui conatur multa agere, incidet in iudicium*. & à S. Gregorio ſcriptum eſt, *ſubiectum aut obedientem ex ſua culpa non mori, ſed qui illi præeſt, quoniam tacuit, nec (vt debuerat) ſeruauit, reum mortis teneri*. quòd ſi fortè tamen non darentur alij medici periti, ipſe verò nihil omittat eorũ, quę ſint neceſſaria, & per ipſum peragi commodè poſſint, cum res ſuſceptione, non perfectione ſint iudicãdę, & (vt inquit Quintilianus, vix ſingula quemquam intentiſſima cura conſequi valere) vel ſi adſint alij, qui quidem medeantur, ſed ipſe propter artis medendi præſtantiam ab omnibus ferè adeatur, neque vlli ægro deſit in rebus neceſſarijs, quamuis non tàm frequenter reuiſat omnes, qui ad eum confugerint, nullo eum crimine aſtringi eſt exiſtimandum.

Super illud, ſi dicente me ad ipſum.

Caſus duo in quibus med. nõ peccat multos curans.

Lib. 10. c. 1.

Pro membro emortuo, vel tumore ſecando miniſtrum idoneum non eligens, vel de ſectione dubius, ſecare iubens, & qui ſanguinem mittere vel incidere ulcus, ignorat, mittit, et incidit, vel cum ſit peritus, negligit; peccat. *Cap. XVI.*

CVm membrum aliquod ſphacelo, & Syderatione occupatum eſt, & omnino adeò effectũ mortuum, & punctum, vel ſectum, aut aduſtum, nõ ſentiat; quàm celerrimè excidendum, *nè pars ſincera trahatur*, (vt ait Ouidius) omnes Medici conueniunt, & ex grauioribus præſertim Hippocrates, Galenus, Oribaſius, Aetius, Paulus, Celſus, Actuarius, Auicenas, & Albucaſis non ſolum ea ratione, quòd illam partem ſeruare

Membrum ſideratim ſtatim ſecandũ eſse.

In 4. de artę tex. 36.
2. ad Glauc. c. 9.
7 li. Syn. c. 27.
Ser. 14. c. 56.
Lib. 4. c. 19.
Lib. 5. c. 26.

re nequaquàm ſperamus; verum etiam, nè proximę partes corrumpantur, vt tetigit Poeta: cum membri; quòd paulatim emoritur, ſectionis unicum reſtet auxilium, licèt miſerrimum (vt aſſerit Celſus) ſi quidem quod putruit tanquam venenum ſua cognitione, qđ adhuc ſanum, & integrum eſt, corrumpit, & contaminat: & quoniam vbi hæc operatio eſt ſuſcipienda, in dubio verſatur, num id ſolum, quod contabuit, et peſtifere longius ſerpit, ſit detrahendum, an etiam ſani quidpiam unà ſit reſecandum; omnes ſuperius appellati præſtantiores Medici præcidi aiunt oportere, quatenus ſanam partem attingit, vt nihil prorſus putridi, ac pernicioſi relinquatur. Celſus tamen ex ſana potius parte aliquid eradi iubet, quàm ut ex noxia quidquam relinquatur, vt in hac præciſione multa ſint animaduertenda: ea propter opus eſt miniſtro perito, neque leuiter experto, qui tutò, et intelligenter factũ hoc audeat aggredi. Quod ſi medicus morboſum aliquem nactus, cuius pars aliqua ſyderatione correpta iuxta Medicorum decreta reſecanda ſit, Chirurgum aptum, & diligentem in eo munere obeundo nõ quæſiuerit, aut cum de neceſſitate abſciſiones dubitaret, tamen iuſſit præcidi, mortifero crimine peccat: nam vt inquit Leo. PP. *ualde iniquum eſt, & abſurdum, quòd imperiti magiſtris; noui, antiquis; rudes præferantur eruditis.* Itidem ſi tumorem aliquem inſignem, vel in parte nobili, cuius ſectio periculo non vacet, ſecare at opus, cum nonnulla prius animaduertenda ſint, ſit operatio felici concludatur euentu, ſcilicet tempus opportunum, qua abſoluta non debet diutius protrahi ſectio; deinde locus tumoris, in quo ſecãdum eſt, vt vbi materia maximè ſe extollit, & vbi tumor extat, & apparet maturior, & in parte decliuiori ſęmper incidatur,

An ſolum qđ putruit vel qđ piam etiã ſan excidendũ ſit.

Lib. 7.

In ſectione emortuę partis quomodo medicus peccet.

1. Epi. 85.

Quinque obſeruanda in ſectione abſceſſuum.

Ex Gal. 13. meth. ca. 5. & 6. & Auic. in lib. 1. fen. 4.

tur, præterea ſectionis magnitudo, inciſurę enim amplitudo cum quantitate humoris collecti, & conſequenter abſceſſus exęquanda eſt. Quartò figura ſectionis, an ſcilicet ſimplex, an per duas lineas curuas quæ ad geminos angulos acutos concurrant, an ad ſimilitudinem folij myrtini, an in formam nouę Lunę ſiue literæ. C. an binæ, vel tres ſectiones ſint faciendæ ſe ſimul inter ſe decuſſantes, ut nonnulli volunt; & vltimo habitudo, totius ſectionis ad partem affectam, vt nullo prorſus pacto arteriæ, vel venę, ad nerui, uel muſculorum tendines incidantur: quę quidem rectè obſeruare non poterit niſi, qui diſtinctè per Anatomen, ſitum omnium partium corporis, & progreſſum omnium uaſorum, atque omnium neruorum, & muſculorum cognouerit. Quare ſi Medicus ægrotantis curam gerens imperiti cuipiam Tonſori, vel Chirurgo (vt ſępiſſime fieri ſolet ſectionem hanc committat pari ratione capitali peccato ſe implicat, cum ſit contrà charitatem, & Hipp. præcepta nihil faciat, qui, *deligito autē* (inquit) *eos, qui iam in arte, tantos progreſſus fecerunt, qui ea q̃ vtilia ſunt addant, aut ſecurè offerant, & quò in interuallis temporū nihil te lateat*. At verò ſi imperitis aliquid eiuſmodi procurandum committes, eius quod malè factum eſt, dedecus in te recidet, etenim cum Medicus Chirurgus, ſiue Tonſor debeat eſſe manu ſtrenuus, ingenio acri præditus, animo intrepidus, viſu Lynceus, placidus verbis, & aliquando immiſericors, qui multorum experimentorum opem inſpexerit, eorumque progreſſiones, & exitus annotarit, ſi quia hæc omnia eum deficiant, nec ſecare, uel ſanguinem mittere dicerit, & nihilominus operationes, in quibus maxima ægrotantibus diſcrimina impendent, temerè, & cupidè exercere auſus fuerit, gehenæ ſempiterni incendij

Quis tutò abſceſsus ſecare poſſit.

Medicus imperito ſectionem tumorum imperans mortaliter ſectat.

Lib. de decent. Ornat.

Chirurgi conditiones.

Seccare vel ſāguinem mittere peccat qui eſt imperitus.

cendij cruciandum ſe committit. Vnde S. Gregorius ait, *in præcipitium pedem porrigit, qui menſurarū ſuarum limites non attendit, & ſæpe amittit, quod conſequi poterat, qui indiſcretè audet arripere, quod nequibat.* Pari modò ſi tonſor in mittendo ſanguine, & alijs auxilijs adhibendis, puta, cucurbitularū, hirudinū, & huiuſmodi, eā nō præſtitit diligentiam, quā dēt peccabit promodo, & ratione negligentiæ, quòd ſi medicus, uel tōſor idoneus, ſit ac diligens ægrotus tamen intereat ex aliqua peculiari venarum, uel artuum ſtructura, ſeù timore inſueto, vel tremore, aut alio ſymptomate, nullo crimine affici conſtabit, dummodò de operatione facienda in ancipiti minimè verſaretur, cum enim res eſt in controuerſia, præſtat abſtinere, quàm obſcurè, & fallaciter aggredi, vt annotauerunt Innocentius, & Hoſtienſis. Propterea S. Auguſtinus ſcripſit, *abſit, vt eorum, quæ propter bonum finem facimus, vel habemus, ſi quid mali præter noſtram intentionem acciderit, nobis imputetur* ſicut habetur diſt. 23.

in Moral. 28.

Tonſor negligens in operationib. pecc.

Pano. & Aſteſ. in d.c. tua nu. 20.

Lib. 6. tit. arts. q. 14.

Quando Medicus ac tōſor peccent ęgro moriente.

Arg. c. ex literis de prib. & male fat.

In c. ſententiā ne cleri. vel mon. & d. cap. tua mot. i ver. med. 4.

q. 9. de occidēdis.

Medicum teneri antè curationem in prima uiſitatione, & omnibus morbis, ſub peccati mortalis, ac periurij pæna hortari infirmum ad confeſſionem per ſe, et non per alios, & nolentem confiteri, poſt triduum deſerere. Cap. XVII.

AEgritudines ſæpe numero ab animi peccatis originem trahere ſacræ literę, ac Doctores ſancti clarè oſtendunt: in Eccleſ. enim ſcriptum eſt, *qui delinquit in conſpectu eius, qui fecit eum; incidet in manum medici*, & Ioannes teſtatur, Dominum Ieſum Paralytico dixiſſe, *Ecce ſanus factus es, iā noli peccare, ne deterius*

Infirmitates ſæpe ex peccatis oriri.

Cap. 38.

Cap. 5.

tibi

In Matt. hom. 28. *tibi aliquid contingat*, quem locum explicans. D. Ioan. Chryſoſtomus, *quid admonemur* (inquit) *digna ex peccatis ſceleribuſque noſtris morbos generari: nam ſi mors, quæ morborum omnium fons, & caput eſt, à radicibus peccati pullulauit, quid mirum ſi ægrotationes quoque inde multæ naſcantur, unde & ipſa ægrotandi facilitas emanauit.* quòd & palam demonſtraſſe videtur D. Paulus, qui cum Corynthios coarguiſſet quorundam facinorum, ideò ait, *inter vos multi infirmi ſunt & imbecilles; & dormiunt multi.*

Epiſt. 1. ad Corinth. c. 11.

Peccata eſse confitenda, vt morbi iuretur.

nam & plerunque legimus in literis ſacris, proboſq; viros, qui pietatem & religionem perpetuò coluiſsēt ſuaque conſilia, & cogitationes retuliſſent ad Deum diutius uixiſſe, contra uerò improbos, & ſceleſtos è ueſtigio, cum ſe fortunatos putarent euerſis omnibus fortunis de medio ſublatos, exſtinctoſque fuiſſe. Itaq; optimè colligere poſſumus, morbos ut plurimum ex peccatis oriri, at cum teſte Philoſopho, *ablata cauſa ceſſet etiam effectus*: ſunt ceù fontes malorum animam & corpus inquinantium peccata delēda, ut poſtea morbus facilius ſanari poſſit, cum enim aliqua percuſſio corporis adſit, & maior immineat utrum pro uindicta an pro purgatione contingat, viderit Deus, *cuius iudicium in hoc ignoratur*, vt inquit S. Gregorius, *propterea ad Deum primò eſt confugiendum, qui verus & omnium præſtantiſſimus medicus animæ affectiones curare poteſt*. ſed hominis inſcij, & laborantes, quique in proprijs bonis peregrinantur, nec ea comprænhendunt, ordine præpoſtero antè ſibi opem ab hominibus quæritauit, uiliaq; prætioſis remedijs anteponūt, ea propter in Paral. repræhenditur Aſa Rex Iſrael, quòd infirma ualetudine oppreſſus magis confiſus eſt arte Medicorū, quàm Dei auxilio; atque ita dolore pedum uehementiſſimo nulla inuenta ope, miſerrimè mortuus eſt. Ideò ſanctiſſime

7. q. 1.

De cōſ. di. omnis. c. 16.

ctiſſime admodum Inno. Tertius in Concilio Lateranenſi, nè nimio ſtudio humanę Medicinę diuinum auxilium intercluderetur, arctiſſimè præcepit Medicis; vt cum primùm ad ægrotos curandos accerſerentur, in primis hortarentur, & inducerent eoſdem ad ſacramentalem peccatorum ſuorum Confeſſionem: quod quidem placitum à Pio V. Pont. Max. fuit approbatũ, ac denuò immutabiliter ſancitum in illa Conſtitutione, cuius initium eſt. *Supra gregem dominicum*, quod maximopere à Medicis ſeruari debet, cum non ſolũ indè animarum ſalus ægris reddatur, ſed & frequenter corporum incolumitas, & Medicorum augeatur dignitas. Idcircò ſapienter admodum Plato prçcepit in 2. Dialogo de Zoroaſtre non curari corpus, niſi purgato animo. Confert enim Confeſſio peccatorum ægrotanti, vt benignitate diuina opitulante, citius conualeſcat, cum leuatus eo onere probet ſe Deo gratum, & memorem pijs officijs & orationibus: nã ut S. Ambroſ. *ceſſat* (inquit) *uindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana*, & Diuus Hieronymus alacritatem illam, quæ ex diuinis ſacramentis proficiſcitur indicans, dixit *animi lætitia interdum corporis dolores mitigari*. Quod ſi ad ægrotationem corporis acceſſerit ęgritudo animi, duplicatur infirmitas, affligiturque & proſternitur ægrotus. Etenim cum peccator ægrotat; pauidus eſt ſemper de morte, formidans Dei tremendum iudicium, & pænas Tartari perhorreſcens, ſemper conſcientiæ ſtimulo vexatur & exagitatur, interiora cordis mirandum in modum deſtringente: ideò ſi ſecundum dogmata etiam Medicorum animi lætitia, ac hilaritas multum confert ad ægri ſalutem, cum ſtatus peccati continuos exſuſcitet timores inquinatæ conſcientiæ uis dies, noctesq; torqueat & exedat, ſi ęger

Præceptum de monitione ad confeſſionem ante curam.

C. cum infirmitas. de pęn. & remiſs.

Confeſſionem pecc. prodeſse ad morb curã.

Super beati Immacul.

Sup Iſaiam.

ab illa, qua premitur peccatorum ſarcina, exoneretur, exhilaratur animus, fugiunt metus, frons & ſupercilium exporrigitur, cor à prauitate, & noxia peccatorum labe, atque vlla ſceleris atrocitate non amplius vrgetur, quo fit vt melius ſperando fidenter, ac maturè ab ægritudine corporis ſanetur, quod & à S. Greg. fuit confirmatum dicēte, *moris Medicinalis eſſe, vt ſæpe feruor viſcerum in pruriginem cutis trahatur, et plerunque interius curetur, quod exterius ſauciatur; ita nonnunquàm Diuinæ diſpenſationis medicamine pariter agitur, vt exterioribus doloribus internum uulnus adimatur*, vnde Caſſiodorus ait, *qui mentis gaudio eſt recreatus, eum facilius membrorum recipere ſoſpitatem, naturalis ſi quidem cura eſt ægris parere lætitiam, fac enim inualidum gaudere, iam ſanatus eſt*. Medicus itaque, qui initio curationis non ſuadet, neque hortatur infirmum ad peccatorum confeſſionem mortaliter proculdubio peccat, propter pręcepta trāſgreſſionem, & fit periurus propter cōſtitutionē. Pij V. ex cuius formula, & præſcripto Medici iurāt, vt Catecheſis Placentina ſentit. Certè de peccato mortali cōuenit inter omnes extra caſum repentinum, qui moram non patitur, in quo Medicus excuſatur à mortali, vti Angelica, & Syluester aſſerunt. Ipſe quidem ſum aliquando opinatus, Medicum, qui in prima viſitatione huiuſmodi admonitionem omittit, & conuenientia pro cura pręſcribit, nullo peccato aſtringi; vel quia quam volebat temporis opportunitatem non nactus fuit; vel quia veretur ne primo illo aditu terreatur ægrotus; vel vt interim de morbi qualitate, & euentu pleniorem, & certiorem agnitionem adipiſci valeat; uel ob alium bonum finem, modò illud certum in animo habeat, velle cum primum oblatum fuerit tempus opportunum, monitionem adhibere, & modò nō

adſit

[Margin notes: In Paſtorali. — Lib. 2. epiſt. — Infirmum ante curam non ſuadēs de cōfeſs. mor. pecc. & fit periurus. — Caſus repentinus excipitur. — in 1. viſitat. medicum teneri ad motio tionem confeſſionis.]

adſit contemptus, vel inſignis ignauia. Attamen cum ſacræ literæ apertè dicant, *Maledictus qui facit opus ſuum negligenter* , & alibi, *cum diligentia cuncta facite*, & quod magis refert, cũ in ipſa, Cõſtitutione apertis verbis ſcriptũ ſit, *ante omnia correxi ipſe me*. Itaq; dico multo tutius eſſe & Pontificijs verbis conuenientius in prima Viſitatione monere ægrotum ad petendam peccatorum Confeſſionem, vt etiam in Synodo Diocœſana Brixiæ ſancitum fuiſſe audio. An verò in omni genere morborum teneatur Medicus decretum illud obſeruare, in varias Auctores abiere ſententias. Clauſ. quidem, quem ſummæ Roſella, Tabiena, Armilla, Angelica, & nouiſſime Nauarrus, ſequuntur, in periculoſis morbis tantum teneri arbitrantur, Archiepiſcopus verò Florentinus & Syluester de omnibus morbis intelligi volunt, ſiuè periculoſis, ſiue quibus nullum periculum ſubeſt, quæ mihi ſanè opinio, & tutior eſſe, & ad ipſam conſtitutionẽ multo aptius quadrare videtur. Itaque Archidiaconus in hunc locum aſſerit, Medicos niſi in periculoſis morbis ſuadeant Confeſſionem, Conſtitutioni ex toto minimè ſatis eſſe facturos, quæ quidem Conſtitutio eam cauſam inter cæteras affert Promulgationis, quòd nonnulli ægroti quibus de confeſſione fuiſſet ſignificatum, tantò terrore afficiebantur, & ita omnem ſpem abijciebãt; vt facilius mortis periculum ſubirent. Quare inquit Io. And. *ſi ægrotantes nouerint, Medicos in quolibet morbo confeſſionem ſuadere ob iniunctum ſibi munus ab Eccleſia, timor, ac periculum locum non habebunt*, atq; Medicus ſi ſtatim non pareat conſtitutioni, ſeque ſuumque ægrotũ magno diſcrimini committet, ſunt enim aliqui, affectus, qui ab initio periculo uacant, poſtea ingraueſcunt, & periculoſi fiunt: ſunt & aliqui, qui cum illico pernicioſi ſint,

In quibus morbis teneatur Medic⁹ ad hoc offim An morbi, nõ periculoſi excipiantur.

In d. ver. mod. 9.

nu. 13. 12.

ver. t. 9.

C. 26. ſub. 61.

In 3. par. tit. 7. c. 2. t. 3.

Probatur periculoſum eſſe & ægro, & medico niſi in periculoſis ſiat monitio.

ſi ſint, ac exitiales vim ſuam occultent, neque à Medico ſine magno vſu & ſtudio, longaque obſeruatione deprehendantur. Itaque niſi moneat ægrotum à principio, & quotidie longius differat, cum vrgente morbo manifeſtum periculum apparuerit, hoc ſequetur incommodi, quòd ęgrotus tanto terrore corripi poterit ex repentina, & præter ſpem admonitione, itemq; morbi grauitate, vt inde mors ſequatur, quòd nõ accidiſſet, ſi initio de Confeſſione eſſet admonitus, vt ſacra Cõſtitutio iuſſit. Quamobrem ego arbitror multò tutius eſſe, vt non ſolum in morbis periculoſis Chriſtianæ charitatis officium præſtet Medicus, ſed etiam in alijs, quos euaſuros eſſe capitales non inani coniectura iudicauerit, præſertim ſi æger in cubili recumbit. Placetque mihi ſummoperè, quòd monet Caietanus Medicum non ita obligari, vt ad omnes morbos debeat eandem adhortationem inculcare, nè ea res ludibrio, & deſpectui habeatur; ſed nè morbum quidem debere expectari periculoſum: nam neque ægrotantis ſaluti ualde conſultum eſſet, neque ſententiæ ſancti Decreti ſatis fieret, Medicam quãdam rationẽ tenendam eſſe, vt tunc de Confeſſione verba fiant, quando morbus eiuſmodi eſt, ut neceſſario lectum requirat, non tamen intelligatur quando æger ſibi nimium indulgens, vel podagra, vel conſimili affectu laborans in lectulis libenter conquieſcat; idque conſentit cum verbis Conſtitutionis Pij V. in qua eſt illud apertè ſcriptum, *ad ægrotos in lecto iacentes*. Omnes tamen Doctores admonent, ſalubre conſilium, atque in primis tutum eſſe, in omni morbo eadem adhortatione vti. Vtrum verò ipſe Medicus id officij præſtare teneatur, an per alium poſſit rectè adimplere, Caietanus, Armilla, & Nauarrus, cenſent, poſſe per eos, qui

Opinio Caietani probatur.

Conſil iũ ſummiſtarum.

Medicum per alios nõ poſſe ſatisfacere iniũcto muneri.

ægroto

ægroto deſeruiunt, vel per Parochum; quod quidem probandum eſt modò certum ſit, exploratum Medico eos munus non eſſe neglecturos, aut ipſe Parochũ ſtatim videre poſſit, qui munus illud quàm primum obire velit. Verùm quia homines vſque adeò commodis vitæ huius addicti ſunt, vt puſillam animæ, corporis verò præcipuam rationem habeant: fit ut in extremum tempus reijciantur monita Confeſsionis, cum ſalus ęgroti penè deplorata eſt, vel nè perturbetur mortiſque metus incutiatur, quod experientia quotidiana docet. Cumq; Parochi copiam ſæpe Medicus non habeat, vtroque diuerſis occupationibus diſtracto, idcircò tutius mihi, & ſalubrius videtur, vt Medicus ipſe hoc officio fungatur. Nam hoc illi præcipuè commiſſum mandatumque fuit, non alijs, ipſeq; Pontificię Conſtitutionis ſcripto ſolus obligatur, etſi liceret hanc rem ethnicorum auctoritate magis firmare adducere poſſem Hippocratem, qui ea, quæ iure iurãdo erat pollicitus, per ſe ipſum eſſe præſtaturum ſcribit, dicens, *Apollinem medicum, & Aeſculapium, Deosq́; omnes ac Deas teſtes facio, me hoc Iuſiurandum pro viribus integrè ſeruaturum eſſe*. Quòd ſi poſt monita medici Cõfeſsionem ſine cauſa ægrotus protrahat, aut improbè nolit confiteri. Quid agat? Medicus, deſerat nè eum, ſaltem peracto triduo, vt eſt in literis Pontificijs, an curationem perſequatur? Res eſt prorſus ambigua, ſi quidem omnes Summiſtæ, & nuperrime Nauarrus, qui editis iam pontificijs literis ſcripſit, ęgrotum nequaquam deſerendum eſſe, affirment, hac ratione ducti, quod ſuccurrere illis, qui verſantur in aliquo periculo, quamuis ſint pertinaces, tenemur: ęgrotus enim deſperatus interiret, ſi deſtitueretur, qui ſanitati reſtitutus reſipiſcere poſſet, & ad auxilium Dei confugere,

In iuſiurãdo.

An differens vel reſpues cõfeſſionem poſt triduum ſit deferendus.

Opinio sũmis & Mauar. q̃d non.

re, propterea præceptum Eccleſię videretur aduerſari præcepto Dei, quod eſt de Charitate in proximum. Nihilominus ex relata Conſtitutione apertè liquet, Medicum capitali crimine peccare, periurio item teneri, & quibuſdam pœnis temporis ſubijci, ſi non relinquat ægrotum, qui adſcripto tridui ſpacio renuat confiteri, ait enim, *neque tertio die vlterius eos viſitent, niſi longius tempus infirmo Confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuperquo eius conſcientiam oneramus, conceſſerit, & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quòd infirmi peccata ſua confeſſi fuerint*, quæ Conſtitutio abſque controuerſia cum aliorum Summiſtarum, tum Nauarri fidem, & auctoritatem abrogat, Nauarrus autem hoc Pontificium ſtatutum non animaduertiſſe, uel non meminiſſe viſus eſt, cum de ſolo Bonifacij Placito uerba faciat, quibus addere poſſum, vnũquemque Medicorum, cum hanc conſtitutionem ſine ulla exceptione ſe obſeruaturum iurauerit, à peccato excuſari non poſſe, ſi vltrà eius præceptũ aliquid omittat. Nam ad illud, quod dictum eſt, videri eũ contra charitatem facere, qui ægrotum deſtituit; reſponderi poteſt, cum Ecc. *recupera proximum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi, nè incidas*. & cum Seneca, *ſuccurram alteri, ſed ne ipſe peream*: nam eadem lex charitatis iubet, nè cum noſtræ ſalutis detrimento alijs prodeſſe velimus. Illudque tanto magis perſuaſum eſſe debet, Pontificem nihil præcipere, quod eſſet charitati diſſentaneum, iam quis nõ videt hoc à Pontifice in pœnam delicti ægrotantis iuſſum fuiſſe, vt qui nolit, tanquam bellua, animę ſanitatem admittere, nec etiã corporis curationem eum recipere conueniet, fortaſſe etiam fuit mandatum, vt hac neceſsitate compulſus ad Confeſsionem confugiat; qua ratione nitentes mul-

Quod relinquendus ſit ꝓbatur. contra adductos.

Reſponſ. ad ea quę in oppoſitum ſunt deducta. Cap. 29.

Confirmatio opinionis auctoris.

multos Theologos reperi, cum eorum ſententiã propter rei difficultatem ſanè diligenter quo ad per me fieri potuit exploraſſem.

Medicum teneri abſentes infirmos per nuntios, vel literas ad Confeſſionem ſuadere. Cap. XVIII.

CVm nonnulli ægrotantium, qui longinquitate loci non poſſunt à Medicis viſitari, ſed ex certorũ hominum denunciatione, & Vrinę tantum inſpectione curentur; neque in Decreto veteri, neque in Conſtitutione Pontificia mentio prorſus habeatur. Vtrum Medicus per nuncium, vel per literas hortari abſentem infirmum ad Confeſsionem ſacramentalem obligetur, vt de præſentibus in ſuperiori capite diſputatũ & conſtitutum eſt, cum non deſint pro vtraque parte rationes, & à Summiſtis nihil ſcriptum habeamus, mihi verò per arduum fuit, & diu ſolicitus fui, qua ratione difficilem hanc dubitationem ſoluere poſſem. Atque Medicum hoc onere etiam cum abſentibus infirmis non aſtringi, ex eo potiſsimum comprobari poſſet, quòd pœnæ ab uno caſu ad alium extendi nõ debeant, ſed potius coarctari: cum autem in Canone, ac Pij V. conſtitutione nè verbum quidem de abſentib. ſcriptum reperiatur; ſequitur, Medicos non teneri ad id officium, etiam abſentibus præſtandum, & quamuis ratio hæc ſit fortis, & valde efficax, affirmarem tamen contrariam partem tutiorem, & veritati magis conſentientem eſſe pro Theologorum nonnullorum etiam ſententia, etſi in Caſibus ad Medicos attinentibus, materno à nobis ſermone editis aliter ſentire videamur.

Medicum infirmis abſentib. de confeſſ. monendis teneri probatur.

Contrariũ probatur ſicut Auctor credit. deamur. Nam cum ſcriptum ſit in Eccleſ. *mandauit Deus vnicuique de proximo ſuo*, & in Euang. *quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis*. ideò Medicus ex officio charitatis tenetur imponere illis, qui curam ęgrotantis gerunt, vt ſuo nomine de Confeſſione illum admoneant, quando ſperat infirmum Medici conſilium obſeruaturum eſſe; id quod exiſtimare debet, quando aliud in contrarium non conſtat. Hanc verò exceptionem non eſſe faciẽdam de ægrotis abſentibus, cum non ſit maior ratio præſentium, quàm abſentium infirmorum uidetur colligi ex alijs auctoritatibus ueteris, ac noui teſtamenti, ſcribit enim Iſaias, *Pacem ei qui longè eſt, & pacem ei qui propè eſt, dixit Dominus, & ſanaui eum*, & D. Paulus, *& veniens euangelizauit pacem uobis, qui longè fuiſtis, & his qui propè*; Et quamuis peculiariter facta non fuerit mentio de abſentib. explicitè, nec quidquam ſcriptum ſit ab ullo Summiſta, implicitè tamen etiam de abſentibus intellexiſſe Pontifices poſſumus aſſerere, ſi animum Conſtituentium uelimus perſcrutari, qui hoc maximè ſtuduerũt, & optarunt, vt infirmi cum confeſsione ſacramentali de hac uita diſcederent, & hac uia eorum ſaluti conſuleretur: ideò non habenda eſt maior ratio præſentium, quàm abſentium infirmorum, cum Eccleſia ad ad Dei imitationem velit, & cupiat omnes ſaluos fieri, quapropter ſi Medicus negligat hoc officium pręſtare, ac tueri, lętalis criminis periculo committere ſe videtur, cum ad euitandum proprium, & proximi periculum ex præcepto charitatis teneatur.

Cap. 17.

Cap. 57.

Ad ephes. c. 2.

Cap. 33.

In quibus caſibus teneatur Medicus mortem nunciare infirmo, & qualiter id omittendo peccet. Cap. XIX.

SI ſpeculator viderit gladium uenientem, & non inſonuerit buccina, & populus non ſe custodierit, ueneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram, ita ſcriptum reliquit Ezechiel. Ideò Medicus, qui ægrotum eſſe moriturum intelligit, aut opinatur, ſuamque adhortationem plurimum ipſi profuturam, tum ad confeſſionem peccatorum, & ad reliqua munera obeunda, quæ ſunt ei conducibilia, tum ad teſtamentum condendum, cum hoc maximè expediat ad euitandas lites, quæ inter hæredes oriri poſſent, vel ſi æger morbum letalem, vel ſe moriturum eſſe non percipiat, niſi det operam per ſe, aut alium, vt faciat vtrunque (quamuis faciendi teſtamenti admonitio ex officio ad Medicum non ſpectet ſub pœna peccati mortalis, niſi ſciat id cuipiam obfuturum) mortemq; non denunciat propinquam, ſi minus alia ratione potuit inducere ad confeſſionem, & teſtamentum, capitale delictum amittit, ut ſcribit. Io. Nea. quem Archiepiſcopus, & alij ſequuntur; ſilentiũ enim hoc tempore, damno eſt inſigni cum animæ, tum bonis proximi; idcirco dixit. S. Auguſtinus, *qui deſinit occurrere cum poterit, conſentit*, ſi tamen ab illis fuit admonitus, qui gratioſi apud eum ſunt, & neceſſaria ſuppeditant, Medicus tunc non tenetur. Quòd ſi fortè dubitaret Medicus, an ægrotus periculoſe, & dubia ſpe vitæ affectus, animam, rem ue familiarem compoſuerit huiuſmodi

Cap. 33.

In quib. caſib. med. teneatur mortem ægro to nunciare.

In quolibet. 11.

33. 9. 3.

Archi. c. ad hoc extra de pœn. & remiſſ. ca. cũ infirmitas.

finem vitæ humaniter denunciare debet, & æternæ initium proponere, vt ſupra dictum eſt; in dubio enim vnuſquiſque debet graue damnum proximi uitare, ſi poteſt; ſi verò infirmus cõfeſſus fuerit, ac teſtamentũ condiderit, mortemque ſibi imminere intelligat, vel ſe ad eam ſubeundam piè & religioſe paret, eo munere Medicus leuatur, & cuius odioſæ ſanè denuntiationis eum tædebat, ab ea liberatur, nam notum illud eſt cum cauſa tollatur, eius effectum quoq; aboleri. Quãquam Chriſtianæ pietati valde conſentaneum videtur, & ægrotanti vtilius, prudẽti quadam lenitate, per ſe, aut per alium, mortem vicinam inſinuare; credibile eſt enim hominem chriſtianum cognita morte diligentius, ac feruentius ſe ad eam non modò moderatè, ſed hilariter ferendam cõparaturum eſſe; quàm ſi de ea nihil cogitaret, aut à nemine quidquã audiret, ad quod propoſitum quidam Religioſus vir dicere conſueuit, *qui ſe quotidie recordatur moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat*, atque eò magis quòd certò ſcire non poſſumus, an quantum ſit opus, ſimus ad eam obeundam parati, quod ſoli Deo notum eſſe patet ex illa ſententia, *neminem ſcire an odio, an amore dignus ſit*. Non igitur pęnitens ſibi nimium fidere debet, ſed cũ timore, & pietate ſuæ ſaluti prouidere, ac proſpicere bonorum æternorum poſſeſſionem deſiderare, neque horum caducorum, & fragilium amiſſione frangi, ac perturbari. Quare ægroti per magni intereſt ſcire eo ſe morbo moritutum; neque hoc loco audiendus eſt Gal. qui cum eſſet Ethnicus ad audaciam & temeritatem hortatur, *vt ſcilicet Medicus, quamuis deſperet de ſalute ægrotantis ſemper incolumitatem polliceatur*, minuſque fidei præſtandum eſt Io. Damaſceno, qui in Aphoriſmos ſcripſit *infirmo ſalutem ſemper eſſe promittendam*,

Arch. in d. deciſ. l. adigere. quãuis de iu. part.

Vtilius eſſet sẽper mortem uicinam nunciare infirmo.

Medicos non eſſe audiendos in his, quæ ad ſalutem animę pertineat.

In 6. epid. com 4. tex. 8.

dam, nec vnquam illum à ſpe deſerendum, eo quia complexio corporis animi affectibus ſemper inhæret: ſed bene & vtiliter diuus Ambroſius monuit, *præcepta medicinæ plerunque contraria eſſe diuinæ conditioni.* Attamen Medicus ſi multum ſe ei nociturum crederet ſignificatione mortis, ſilentio autem forſan profuturum, conſiliũ Gal. ſeruandum eſſe Diuus Antoninus ex Archidiacono aſſirmat. De conſ. diſt. 5.c. contrarii.

De eo, qui ob corporis ſalubritatem, conſilia contra ſalutem animæ exhibet, vbi probatur Veneris vſum eſſe nocuum corporis Sanitati. *Cap. XX.*

QVàm deteſtabilia, ac nefaria ſint ea conſilia, quæ habita ſolum corporis ratione in perniciem animæ redundant, ex nonnullis ſacrarum literarum auctoribus facile intelligere poſſumus, Inquit enim Sapiens ille Ieſu Syrach, *facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet, vnde adueniat illi,* ideò propter malum conſilium conſiliarij puniuntur, vt apud A.Gellium dictum ſit prouerbio, *malum conſilium, conſultori peſſimum,* quod quidem uitandum eſſe innuit D.Paulus, *ne ponatis* (inquit) *offendiculum fratri, vel ſcandalum:* nam *quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Idcircò Medicus, qui ſpecie quadam incolumitatis corporis conſilia, aut remedia contra ſalutem animæ præbet, aſtute illicitam Venerem ſuadendo ſeminis excretionem voluntariam, ebrietatem, & cetera huiuſmodi flagitia, ſicut Ionadab, conſilium dedit Amoni inceſto ſororis amore laboranti, vt effrænatam cupiditatem expleret, letali crimine confeſtim afficitur,

Conſilia animæ ſalutem lædentia uitanda eſſe.

In Ecc.c.27.

Diſt.86.c. tanta iſir.Dec.in l. conſilii. ff. de reg.iur.

Ad Rom.c.14.

Matt.c.16.

Medicum cauſa corporis cõſulentem contra anim emor. pecc.

L.2.reg.c. 13.

pugnat enim contra ordinem charitatis, ex cuius prę ſcripto ſalus animæ, ualetudini corporis anteferenda eſt, cum etiam id ſub pęna anathematis ſit interdictũ. neque ignorantia, vel excuſatio, vel artificium ullum verborum à ſcelere immunem Medicum reddere poteſt, *equidem* (inquit) *hoc tibi conſilij non do, ſed ſi cũ aliqua fæmina rem haberes, aut aliquid tale faceres, bonam ualetudinem recuperares.* Adde quòd huiuſmodi conſilia ſæpius etiam ſalubritati corporis multum nocent, vt ijs qui incommoda ex concubitu prodeuntia conſiderãt, ex medicorum dogmatis apertum eſt. Nam Gal. venerea voluptate corpus laxius, frigidius, imbecillius, & ſiccius effici, ſtomachum labefactari, vires neruorum, & cerebri elidi, ac debilitari ſcribit. Ideò vſum Veneris magnam uim ad quamplurimorum morborũ & præcipuæ podagræ generationem habere. Eiuſdem etiã ſententiæ fuit philoſophus, qui *ſi quæratur, quamobrem qui coeunt, reſolui, atque languere magna ex parte ſolent*, reſpõdet, *ſemen ex omni parte corporis ſecerni, itaque ut ædificij conſtructionẽ, ſic corporis cõpactionẽ quatit dum ſemẽ educitur, quaſi ſanguinis multum, aut aliqua melior pars diminuatur, atque in exiguo ſemine multum alimenti contineri, vt in amylo conficiẽdo multum farinæ.* Item alteri quæſtioni cur omnium maximè animantium homo poſtquã concubuit, diſſoluatur, & langueſcat, reſpõdet, *ſeminis proportione corporis plurimum emitti, inde uirium eneruationem, & languorem proficiſci.* Ex quibus omnibus patet, quàm ſit noxius Veneris vſus, & ſi per leges liceat, multò verò minus illicitus erit ſuadendus, & alibi tãquam chriſtianus eſſet Ariſtoteles decreuit, *coitum omnem alterius, quàm coniugis penitus eſſe interdictum, quando quidem ab illa coniunctione ſint, & appellentur coniuges.* Quod ſi quis deprehenderetur contra facere, neque

fidem

Diſt. 2. 55. ergo de pœn. & 22. quæſt. 2.

Ignorantiam uel cautellam loquendi non excuſare medicum.

Extra de pœn. & remiſ. c. cum infirmitas. Io. And. d. cap. cum infirmitas.

Veneris uſum eſſe noxium probatur.

2. de ſan. tuen. c. 11.

Com. 5. te. 28. Com. 1. tex. 4. Ex 3. epid. cõ. 3. tex. 51. 6. Aph cõ. 30. In ſect. 4. probl. 22.

Sect. 4. pbl. 6.

Illicitum coitum non eſſe conſulen. ex Ariſt.

Lib. 7. Politicorum. c. 16.

2. œconom. c. 2.

fidem coniugi ſeruare dignam pro delicto pœnam reportaret, item aliud tradidit præceptum, *nequaquam decere hominem ſanæ mentis, vbicunque contingerit, ſemen exponere*. Attamen ſi Medicus ægrotanti dicat, ſi vis conualeſcere, vxor tibi ducenda eſt: atque ille ex huiuſmodi verborum occaſione in aliquod libidinis erratum incidat; non peccat Medicus: opportuna enim remedia demonſtrat, quæ præceptis diuinis non aduerſantur. Vnde Hierodes prudenti uiro (inquit) nuptiæ ceu bonum proponuntur, & humanæ propagationi conueniens, niſi quid impedimenti prohibeat; videtur autem & ipſa natura tacitè admonendo multo plus, quàm uir ſapiens pollere, vt potè quæ & ipſum ſapientem ad nuptias inſtigat, Plutarchus etiam præcepit dandam eſſe operam, vti, qui voluptatibus nimis dediti ſunt, reprehenſionibuſque minus obtemperant, matrimonio deuinciantur, id quod eſt tutiſſimum iuuentutis vinculum. Decet tamen in hac ſalebra Medicum valdè prudentem, & conſideratum eſſe, vt ſi diſſimulans alia intentione ægro nuptias potius ſuadeat, quàm ægritudinem vitio retenti ſeminis prouenire, patefaciat, memor loquentis Canonis, bonum danti conſilium, preſentis vitæ ſubſidium, & eterne remunerationis datum iri præmium.

Matrimonium proponere ꝓpter ſanitatem non eſſe illicitum.

Ex li. 3. de nuptijs.

In com. de liberis educandis.

Morbum ex retento ſemine fieri occultet medicus.

12. q. 2. benè.

In matricis ſuffocatione ex redundante, vel retento ſemine non licere Medico ſeminis excretionem procurare contra Medicorum Doctr. Cap. XXI.

CVm vteri ſtrangulatus, ſeu præfocatio nil aliud ſit, quàm inſigne reſpirationis impedimentum cum

Matricis præfocatio quid ſit, & eius cauſæ.

cum uteri,totiuſque corporis perfrigeratione, cauſa cuiuſdā uaporis frigidioris corrupti,pernicioſi,ac venefici geniti vt plurimū à ſemine ,vel à ſanguine men ſtruoſo; aliquādo etiam ab alijs humoribus copia vel qualitate peccantibus: qui vapor per venas, & arterias,nec non per occulta ſpiracula ſublatus,varia, ac diuerſa ſympto. ꝓ diſſimilitudine cauſarū, & illarum magnitudinis,ac vehemētiæ, mō ſęuiora,mō mitiora īducit; idcircò cū aliqñ in mulieribus aſſuetis Venęri,vti ſunt viduę, libidinoſæ meretrices, quæ expiandorum ſcelerum ſuorum cauſa intra monaſteria Deo continentiam uouerunt,& in alijs etiam, quæ concubitum expertæ quidem nunquam fuere, uti ſunt Virgines ſalaces,adultæ, ſed ſunt optimi habitus,& cum uiris ſępius uerſantes,ab ipſis cōtrectantur,iſta vteri ſuffocatio ex redundante,vel retento ſemine, ortum ducat,ita vt ſopore graui, ac profundo detineantur, vox intercipiatur, vt vix,aut ne vix quidem nulla ratione eloqui poſſint, motus, & ſenſus lædantur, vel adimantur; ſique uehemens ſit affectus, reſpiratio,vt plurimum ſenſibilis non appareat,velut mortuæ iaceant,aliquando etiam crura conuellantur, ſeu contrahantur, morſus oris ventriculi,cibi faſtidium, & nauſea,cordis palpitatio,& animi defectus fiāt: tunc omnes Medici docent,& præſertim Gal. Aetius, & Auic.quò hæ feminę ab infeſtante acceſſione auoçentur,ſeminis excretionem procurari,& egeri, ut obſtetrix, vel alia mulier unctos digitos oleis,ſeu unguentis calefacientibus,aperientibus,ac laxātibus, in partes pudendas intromittat leuiter, ac diu eas pertractans,vt virtutem excitando,& tentiginem prouocādo,ſemen excernatur. Quod quidem controuerſum, & dubium eſt,vtrum Medicus chriſtianus abſq; pecca-

Mulieres, quæ huic affectui ſint obnoxiæ.

Symptomata grauiora hyſtericarum recenſentur.

Cura præfocationis ex ſemine retento.
6. de loc. affec. c. 5.
Lib. 16. c. 68.
L. 3. fen. 3. tr. 4. cap. 16.

Vtrum In hyſtericis ſeminis euacuat. poſſit prouocari ſine peccato.

cato imperare poſſit: vtque mea fert ſententia diffici lis ſolutionis, cum de hac re peculiariter nihil quidquam ab aliquo ſcriptore, Summiſta potiſſimum literis mandatum adhuc inuenerim. Qui ſuperiori remedio ſuccurrendum putabant, ſic ratiocinari poſſunt, cum mulier actu matricis præfocatione torquetur, & amiſſis ſenſibus, & motu efflaſſe animam videtur; libera in ea voluntas peccandi, vel delectationis percipiendæ facultas abeſt, ita etiam peccandi ratio, quæ ſine voluntate non datur. Medicus verò optimum finē ſibi propoſuit, quo vno turpis, & honeſti diſcrimina metimur, ita profecto relinquitur, vt huiuſmodi ſeminis egeſtio (quemadmodum rectè fiunt cæteræ naturales inanitiones) ſine peccato, & prudenter imperetur. Addo aliam rationem, ſicut excretiones ſeminis per ſomnium nulla externa cauſa, vel occaſione oblata, ſine peccato eueniunt; eodem modo hæc fieri poterit, in qua nec Medici, nec patientis eſt animus peccandi: oppoſitam tamen ſententiam ueritati magis conformem eſſe ducimus: nam ſicut inebriare nō licet aliquem ad prouocandum in eo vomitum, ita etiam ſeminis eductionem moliri non decebit, ut mulier ab eo ſymptomate, quamuis graui leuetur. Rurſus, quemadmodum amentes duos cælibes tuendæ vel recuperandæ ſanitatis cauſa, pro Venere exercenda iungere non licet; eadem etiā ratione mulier quāuis ſenſibus deſtituta, ad ſeminis excretionem nō eſt irritanda: atque eò magis, quòd Doctores communi conſenſu (vt dictum eſt ſupra) affirmant, valetudinis recuperandę cauſa ægrotantibus remedia proponi non poſſe, quæ inducant, ſeu inducere ad peccatum capitale poſſint. Olim ego arbitratus fueram, ſi medico certum ſit, & exploratum; hyſtericam adeò à ſenſibus

Rationes probantes id fieri poſſe.

Non licere huiuſmodi operationem imperare probatur.

In quo caſu ſeminis excretio fieri poſſit opinio olim auctoris.

bus deſtitutam fuiſſe; ut ex huiuſmodi operatione nullam delectationis, aut voluptatis titillationem percipere poſſet, in manifeſtoque ſalutis diſcrimine uerſaretur, bono fine conſiderato, nulloque ſcandalo illinc orituro tale preſidium poſſe tolerari. Attamen cũ altius cogitem Medicum certò ſcire non poſſe, an mulier ſenſibus adeo careat, aut tam vehementer ſit affecta, quin aliqua voluptate perfundatur, vel quin illi pruritui uoluntate adhæreat; cenſeo medicum non poſſe ſine graui ſuæ ſalutis periculo, eam ſeminis euacuationem attentare, quoniam D. Paulus, *ab omni ſpecie* (inquit) *mali abſtinete uos*. & Seneca, *ſuccurram perituro, ſed non ut ipſe peream*. quãdoquidem in rebus dubiis tutior pars ſemper eſt eligẽda, & alibi in his, quæ dubia ſunt, quòd certius eſtimatur, tenere debemus, vbi D. Aug. ait, *tene certum, & dimitte incertum*, cũq; dubiũ vti notat S. Antonius duplici diſcrimine diſtinguatur alterum probabile, ſcrupuloſum alterum: probabile dicetur, quando rationes ad vtranque partem adducantur ferè equales, in quo mortalis peccati periculo ſe committere, graue eſt peccatum; idemque alij doctores ſentiunt, quòd ſcilicet in dubijs probabilibus, vbi verſatur periculum animæ, ſemper tutior pars ſit tenenda, & quæ ſine vlla dubitatione errandi, aut peccandi eſſe perſpiciatur. At caſus propoſitus non modò non eſt vacuus à dubitando, immò ex parte negãtium rationes afferuntur validiores: nam compertũ, & manifeſtum eſt Medico ſtatum hyſtricæ incertum eſſe, & ignotum: ita concluditur, quòd nulla ratione huiuſmodi auxilium adhibendum erit. Dubium uerò ſcrupuloſum eſt, vbi ex leui ſuſpitione timet quis in aliquo actu peccatum, ubi non eſt, & ideò dixit Diuus Gregorius, *bonarum mentium eſt, ibi culpam agnoſcere, vbi*

culpa

Marginal notes: Nunquã poſſe medicum talẽ ſeminis eductionem ordinare ſine pec. — 1. ad Theſ. c. 5. — In dubijs tutiorem partem eligendã eſſe. — In c. iuuenis extra de ſponſ. ubi glo. — Diſt 7. c. 2. de pœn. — Dubiũ duplex c. vnico. — In 1. par. ti. 20. — Dubium probabile quod nam ſit. — Archid. & panor. in d. c. iuuenis. — Dubium ſcrupuloſum quid ſit. — Diſt. 5 ad eius.

culpa non eſt, ideſt timere, non tamen aſſerere, de quo dubio hic non loquimur, experiẽtia etenim nouimus aliquas eſſe hyſtericas, quę quamuis ſtupidæ, ac veluti extinctæ iacentes, loqui aut reſpõdere minimè poſſint, intelligunt tamen, leuiterque ſentiunt, vt elapſo ſymptomate omnia, vel aliqua ſaltem circa eas acta, vel dicta ordine referre ſciant, id quod ego in nobili quadam Vidua bis, terque obſeruaui; quo argumento potiſſimum ſcriptorcs conſtituunt, quid inter ſe differant, Epilepſia, & Suffocatio vterina, quòd uidelicet Epileptici omnino auditu priuantur, Strangulatę mulieres non, cum recordentur plerunque eorum, quæ audierunt, dum ſuffocarentur. Non inficiamur quandoque ex præfocatione tranſitum fieri in comitialem morbum, & tunc nihil eorum, quæ dicta ſunt, ac peracta, referri, percipi ue, ſed nunc id nõ agimus. Atque præter rationes, & experimẽta probantia, mulierem huiuſcemodi actioni aſſentiri poſſe, adſunt & auctoritates Hippocratis, & Galeni: ille de vxore Polemarchi id retulit, hic verò quandam mulierem diù Viduam, quę præter cætera, neruorum diſtentione vexaretur, aptis remedijs ab obſtetrice adhibitis partim ob ipſorum calorem, partim etiam, quia inter curandum partes muliebres manibus tractarentur, oborta titillationis ſuauitate, et voluptatis illecebra (veluti per coitum euenire ſolet) craſſum plurimumq; ſemen egeſſiſſe, atque eo modò moleſtia illa liberatam fuiſſe. Itaque conſtanter ſtatutum ſit, à quoquo ſymptomate hyſterica detineatur, nunquam licere Medico Chriſtiano huiuſmodi frictiones, & titillationes ĩ partibus pudendis faciendas conſulere, etiam ſi fęminas ob id leuatas iri excreto ſemine perſpiciamus.

Hyſtericas aliquas percipere, quæ aguntur poſſe probatur.

Eſperimentũ Auctoris.

Signum diſtinguens hyſtericam ab epyleptica.

Probatur idẽ Aucto.

In 5. epid.

In 6. de loc. affec. c. 5.

Concluſio.

Abortum conſulentes, procurantes, vel conſentientes ſiue fœtus animatus ſit, vel inanimatus, præter peccatum, excommunicantur: vbi probatur ab omni lege prohibitum eſſe Abortum. Cap. XXII.

Ab omnibus legibus prosubitum, abhortum, & pœnas impoſitas fuiſſe.

QVàm impiè, et flagitiosè faciant illi, qui immaturos fœtus intra materna uiſcera adhuc latẽtes crudeliſſimè necare non verentur; omnes leges cùm Diuinæ ac Eccleſiaſticæ, tum humanæ acriter, & acerbè clamãt, quæ perpetuò eam immanitatem interdixerunt, & grauiſſimis pœnis uindicãdam ſtatuerunt: Diuina lex *Si quis* (inquit) *percuſſerit mulierem prægnantem, vt abortum faciat, & mors eius fuerit ſubſequuta, reddet animam pro anima.* & Amos dixit, *Dominus ſuper tribus ſceleribus filiorum Amon, & ſuper quattuor non conuertam eum, eò quòd diſſecuerit prægnãtes Galaad ad dilatãdum terminum ſuum.* & Eccleſiaſtica lege, Synodo Conſtantinopolitana ſancitum eſt, vt *qui medicamenta ad abortũ præbent, quæque fœtus necantia Venena accipiunt, homicidij pœnis ſubijciantur.* Et in Concilio Ilerdenſi cautum fuit, *vt qui conceptos ex adultero fœtus necare ſtuduerint, vel in vteris matrum potionibus aliquibus colliſerint, ſi poſtea pænitentes ad Eccleſiæ manſuetudinem recurrant, totam reliquam vitam in fletibus, & humilitate degant;* & proximis ſuperioribus menſibus Sixtus V. Pont. Max. cum iſtiuſmodi ſcelus totis viribus exterminãdum putaret, ſanctiſſimè contra procurantes, conſulentes, & conſentientes abortum iuſtiſſimam ediditConſtitutionem, cuius initium eſt.

Lex diuina cõtra abortientes, exod. c. 21.

Cap. 1.

Eccl. lex.

Conc. t. 2. c. 6.

Effrænatam perditiſſimorum, &c.

Modò leges etiam humanas ſubdere non erit abſonum,

ſonum, vt omnes grauitatem huius execrandi facinoris magis agnoſcant. Muſonius teſtatum reliquit, legum latores, quibus unicum hoc inſtitutum, & conſilium fuit, vt inquirerent, & deſpicerent, quid ciuitati bonum, aut malum eſſet, quid Reipublicæ conduceret, vel obeſſet; omnes vtiliſſimum fore ciuitatib. exiſtimaſſe; ſi ciuium familię augerentur, contra maximè damnoſum, ſi minuerentur, & nullos, vel paucos habere liberos ciuibus inutile, prolem autem numeroſam conducibile iudicaſſe; quamobrem mulieribus nè abortum facerent, interdixiſſe, non obedientibus verò pęnam irrogaſſe. At quoniam (inquit, modò nos iniuſtè, ac iniquè contra uoluntatem legiſlatorū, qui diuini, & Deo cariſſimi heroes fuere, quibusque obſequi honeſtiſſimum, ac utiliſſimum eſſe cenſetur, nō faceremus, ſi aduerſus leges ipſarum, immò aduerſus nos ipſos prolem noſtram peſſundaremus? Hanc legē apud veteres extitiſſe non licere fœtum corrumpere, fidem etiam facit Ariſt. quam clariſſimi Medici, & vetuſtiſſimi receperunt, atque obſeruarunr, vt legere eſt apud Hippocratem, qui in Iureiurando affirmauit, *ſe mulieri talum uuluæ ſubdititium ad corrumpendum conceptum, vel fœtum non daturum.* Theodorus etiam Priſcianus Medicus ſcripſit, *abortiuum nullius deprauari fas eſſe,* cauſam addidit ex Hippocrate, *quia tam fœdi criminis conſcientia medicorum innocens officium non decet maculari.* Idem Scribonius Largus, *Hippocrates* (inquit) *cōditor noſtræ profeſſionis initia diſciplinæ ab iure iurando tradidit, in quo ſancitum eſt; ne prægnanti quidem Medicamentum quo conceptus excutitur, aut detur, aut demonſtretur à quoquam Medico, longe præformans animos diſcentium ad integritatem, atque humanitatem;* Propterea Medicus, qui vterum gerenti fœminæ remedia abortiua proponit, vel

Humana lex. In lib. an liberi nati educandi ſint omnes.

In 7. Polit. c. 16. Medici abortū prohibentes.

Lib. gynecior.

In epiſt. ad Caium Iulium.

Medicus conſulens vel procurans abortū mor. pecc.

vel ſanguinem mittit, vel vt fœtus eijciatur, iubet, aut cōſulit, vt aliqua ratione abigatur, quamuis iſtud excuſaret, ne fœmina illa flagraret infamia, vel ſcandali, cędiſue deuitādæ cauſa, quę prodeūte in lucē partu, aut patefacta vteri geſtatione, oriri poſſent; ſeù vt eam ægrotantem morbo liberaret, vel ab interitu vindicaret, homicidium committit, & capitali ſcelere ſe adſtringit, quod quidem uerum eſſe (cum fętus animam acceperit intellectiuam, & id certò ſcierit Medicus) omnes ſummariè ſcribentes aſſerunt: quoniam eſt in cauſa mortis corporalis, & ſpiritualis, addentes præter graue peccatum, irregularem, etiā euadere, vel ſi in dubio verſetur, cum letalis peccati periculo ſe committat, homicidij videlicet. Secus autem eſſe cenſent, ſi probabiliter, & euidentib. notis exiſtimet Medicus, factum adhuc non eſſe anima intellectiua præditum, quoniam ad eximendam matrem à mortis periculo, abortum tentare ſine aliqua animæ ſuæ labe poterit: nam licet animæ infuſionem in eo fętu impediat, non propterea committit homicidium, cum non entis nullæ ſint qualitates, & matrem ab interitu liberet. Hoc pacto Hippocratem interprætandum eſſe ducimus, qui Li. de natura pueri teſtificatur ſe conſuluiſſe cuidam ſaltatrici, quæ fœtum ſe gerere dubitabat, & ignominiam timebat, ut conceptum eijceret ſaltando, hoc enim apud veteres erat licitum; ideò iuſſit, vt ſaltaret ante ſeptimum à coitu diem. Eadem ratione exponendi ſunt Aetius, & Auicenas, dū conſulunt fęſtum corrumpendum, vel genituram projciendam: ea propter ſi auctores Medicinæ medicamenta aliqua abortiua, vel corruptiua fœtus in ſuis libris reliquerunt; proculdubio potius utendi, quàm abutendi cauſa ſcriptis ea mandauerunt, vt qui arbitrentur

Ioan. Nea. & S. Anton. in quolibet. 10.

Opinio Canoniſt. & Sūmiſt. quando in abortu non ſit pecc.

In quo caſu Hipp. Aet. & Auic. abortum conſuluerint.

Ariſt. l. 7. Polit. c. 16.

Lib. 6.
Li. 3. f. 21. tr. 2.

trentur non dedecere fœtum inanimatum corrumpi, quæ opinio quamuis ſit communis, & grauiſſimorum virorum teſtimonijs comprobata, tamen eorum pace ſit dictum nimis abſurda, et inconueniens exiſtit; & fuit etiam ante Sixti V. Conſtitutionis promulgationem, ſicut probabitur, quòd fœtus uidelicet non animatus excuti, & aboleri, ſeruandę prægnantis mulieris cauſa ſit nefas: nam cum nos domini vitæ noſtræ nō ſimus, ſed Deus Optimus Maxim⁹, minus erimus domini principij vitæ: ſed embryo quando non eſt ꝑfectus, nec animatus, eſt principium vitæ, habet enim ſenſitiuam, & vegetatiuam animam, quibus anteuerſis, anima intellectiua introducenda eſt, ergò ſi vitam noſtram auferri non licet, nec principium vitæ tolli concedetur. Præterea, quādo Medicus aduerſus pręcepta, & rationes Medicorum operatur in re maximi momenti, & cum graui alterius detrimento, capitalē culpam admittit. At ex Medicorum antiquorum dogmatis, & rationibus vnquam fœtum corrumpi, vel excuti licebit, cum id ſine manifeſto mulieris periculo fieri non poſſit. Itaque abortū conſulendo, vel procurando Medicus æternæ mortis fit reus. Hippocrates enim (vt ſupra dictū eſt) ità abortum abhorruit, vt iureiurando ſe aſtrinxerit, nunquam poculum abortiuum ſe eſſe propinaturum, vel aliquid corrumpēs fœtum indicaturum: immò in libro de Natura muliebri aſſerit, quòd ſi Eryſipelas in vtero pręgnantis fiat, moritur, attamen à cibis, & potionibus conceptū corrumpentibus abſtinendum conſulit, ex quo euidenter cōſtat, Hippocratem ſemper cauiſſe abortum; pręſertim cum mulier acuto aliquo morbo laboret, quare ſcripſit, mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto; eſſe letale, & ratio eſt, quoniam immi-

[margin: Non licere etiam fœt⁹ inanimati abortū tentare contra Summiſtas.]

[margin: 1. Ratio.]

[margin: 2. Ratio.]

[margin: Aph. 30. li. 5.]

net

net periculum abortus, in quo cum valde laboret mu
lier, & morbus morbo ſuperueniat, nõ eſt mirum, ſi ca
ſus euadat letalis. Neque Galenus ipſe vnquam do-
cuit fœtus abolitionem, & eiectionem eſſe faciendã,
quocunque in ſtatu mulier exiſtat: immò eandem cu
ram prorſus de fœtu in vtero materno concluſo, quã
de homine extra vterum ſemper habuit; ideò ratio-
In d. aph. 30. nem reddens, cur mulier utero gerens morbo acuto
correpta ſi abortiat, ſit lętiferũ, ait qđ in morbo acuto
duplex eſt periculum, vnum quidem propter febrem
ipſum fœtum enecantem: alterum, quod longo inter-
uallo cibum dantes, ex alimenti defectione fœtus de
ſtruitur, ſi autem vt hunc ſeruemus, non uerebimur ci
bũ exhibere crebro, febres cõtinuas uictu ĩtẽpeſtiuo
augentes, matrẽ occidemus. ex quibus patet, quòd
ex periculo imminentis abortus, morbus acutus in
prægnante ab Hippocrate pro letali cẽſeatur, & ideò
Medico non licere in morbis magnis, & acutis abor-
tionem tentare, quæ ratione ſui cum ſemper periculi
ſit plena, ſi in aliquo morbo graui eueniat, cum mor-
bus morbo addatur, res ad manifeſtam perniciem
3. Ratio. deducitur, quod quidem & alia ratione perſuaderi po
terit, cum mulier in abortu multa ſubeat vitæ pericu-
la, & corruptiua fœtus ſint venenata, deleteria, & hu-
manæ naturæ inimica; neceſſario ſequitur, vt cum
L. 2. de fluuijs. fœtus corruptione, etiam matris interitus ſubſequa-
tur, quidquid ſcribat Agathon de quadam herba
ab ipſo Cyura dicta, quam quidem vino macera-
tam, & vmbilico impoſitam, abortum ſine periculo
Arg. 14. q. 5. facere: idcircò iure optimo dictum eſt à Sancto Am-
broſio, *denique ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter*
Concluſio. *lædatur, commodius eſt neutrum iuuare, quàm alterum*
grauare. Quamobrem Medicus nullo unquam tem-

po-

pore, vel occaſione, ſiue fœtus ſit animatus, vel non animatus, abortum tentare, ſed ſemper in fœtus conſeruationem incumbere, ſperans Deum Omnipotentem, qui fœtum formauit, poſſe abſque aliquo noſtro auxilio, vel præter ſpem noſtram ipſum ſeruare. Non debet autem quiſquam admirari, quòd hac in re, omnes tum iuris Pontificij profeſſores, tum Summiſtæ valde allucinati ſint; cum à Medicis imperitis, & qui Hippocratem, ac Galenum vel non legerunt, vel oſcitanter legerunt, decepti fuerint, qui credebant in quibuſdam periculis poſſe ac debere fœtum abijci, ſeruandæ grauidæ mulieris cauſa, quod in fœtu inanimato fieri poſſe dumtaxat dixere, adducti auctores, quam falſam opinionẽ nouiſſime Sixtus Quintus excommunicatione abolere voluit, ſic enim apertè verba Pontificis ſonant. *Nos hoc malum, quantum viribus nobis a Deo traditis contendere poſſumus, noſtris potiſſimum temporibus exterminare volentes, omnes, & quæcunque tam uiros, quàm mulieres cuiuſcunque ſtatus, &c. Qui de cetero per ſe, aut interpoſitas perſonas abortus ſiue fœtus immaturi tàm animati, quàm etiam inanimati, formati, vel informis procurauerint percuſſionibus, Venenis, Medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque mulieri prægnanti impoſitis, ac alijs etiam incognitis, vel maximè etiam exquiſitis rationibus, ita ut reipſa abortus inde ſecutus fuerit, ac etiam prægnantes ipſas mulieres, quæ ſcienter præmiſſa fecerint, pœnas, tam diuino, quàm humano iure, ac etiam per Canonicas ſanctiones, & Apoſtolicas conſtitutiones, quàm Ciuilia iura aduerſus veros homicidas, qui homicidiũ voluntarium actu, & re ipſa patrauerint propoſitas, & inflictas eo eo ipſo incurrere hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ipſaſque pœnas, leges & conſtitutiones*

Canoniſtę ac Summiſtę decepti ab imperitis Medicis excuſantur.

Excommunicatio procurãtiũ abortum.

nes

nes ad caſus præfatos extendimus, & qui Clerici non fuerint & alia perpetrauerint, non ſolum pœnas incurrere narratas, ſed etiam inhabiles ad Ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus. Inſuper, ut immaniſſimi huius delicti grauitati, non ſolum temporalibus, verum etiam ſpiritualibus proſpiciamus, ac prouideamus, omnes, & ſingulos, &c. qui vel vti principales, vel vt ſociæ, conſociæue ad tale facinus committendum, opem, conſilium, fauorem, potionem, uel alia cuiuſque generis medicamenta ſcienter dederint, ac etiam ſcribendo litteras priuatas uel apochas, vel alijs verbis, aut ſignis iuuerint, aut conſuluerint, vltra prædictas pœnas, ipſo facto, nũc, pro vt ex tunc excommunicamus, & pro excommunicatis, declaramus, decernẽtes, ac declarantes, quòd per quæcumque Iubilæa &c. perſonæ delinquentes, & excommunicatæ præterquàm in articulo mortis, abſolui non valeant per alios quauis auctoritate fungentes, quàm per nos, & Romanos Pontifices noſtros ſucceſſores.

Venenum conſulens, vel exhibens nocendi, vel necandi cauſa, peccat. *Cap. XXIII.*

Lib. 2. de nat. hiſt. c. 25. & li. 27. c. 3. Naturam animalibus matrem homini uero nouercã.

PLinius, Naturam conqueritur hominibus nouercam, animalibus verò eſſe parentem, eò quòd reliquas animantes, quæ ſint ſalutaria, & quæ noxia ipſis, & quæ non ſua modò commoda, verum & hoſtium aduerſa ſcientes, procreauerit, & cum rebus penè infinitis venenum indiderit, à quibus frequenter lædi hominem, vel interimi contingat, earum rerum, & aliarum etiam, quæ ſibi ſalutaria ſint, ignarum hominem fecerit. Aequius tamen (ni fallor) ac rectius de homine ipſo conqueri potuiſſet, cum enim ab ineffabili Dei prouidentia cuncta in eius gratiam, & beneficium ſint creata, vt eis pręſit, ac fruatur, ſicut in Geneſi

Geneſi ſcriptum eſt, *eum ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum, vt præeſſet piſcibus maris, & uolatilibus cæli, & beſtijs terræ vniuerſæ*, & alibi, *omnia eſſe ſubiecta ſub pedib. eius*, quibus addamus Diuum Auguſtinum teſtificantem Deum propter hominem cuncta creaſſe, ipſe tamen ingrato ac impio animo abutitur ijs ad vim inferendā, atq; ad eiuſdem hominis interitum, & neglecta Dei, ac ſui ipſius naturæ benignitate *homo eſt homini lupus*, vt eſt in prouerbio, quaſi pernicies, ruina, & excidium, quemadmodum Medici illi eſſe conſueuerunt, qui necis inferendæ, vel ægritudinis grauis producēdæ alicui gratia, venena conſulunt, vel imperāt, immemoris præceptis Sapientis, qui *ne moliaris* (inquit) *amico tuo malum, cum ille in te fiduciam habeat*, immemoris ſupplicij à Deo conſtituti huiuſmodi flagitio in ſacris literis, vt dicitur, *ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, ab altari meo auelles eum, vt moriatur*, & in Euangelio cum timore audimus, *eum qui occiderit reum fore iudicio*. Ab hoc cædis ſcelere etiam ethnici Medici ſe abſtinuerunt, & illud deteſtati ſunt. Hippocrates primus omnium offeratur in Iureiurando apud ſe, neque vllius preces adeò validas fore, vt cuipiam venenum ſit propinaturus, neque etiam ad hanc turpitudinem conſilium daturus; & Scribonius largus, medicus (inquit) *Ne hoſtibus quidem malum medicamentum dabit, qui ſacramento Medicinæ legitimo eſt obligatus, quia Medicina non fortuna, neque perſonis homines æſtimat, verum æqualiter omnibus implorantibus auxilia ſua ſe ſuccurſuram, nullique vnquam nocituram profitetur*, & paulò poſt addit. *Qui enim nephas exiſtimauerit ſpē dubiam hominis, fœtum videlicet lædi, quanto ſceleſtius perfectè iam nato noceri iudicabit, magni ergo exiſtimauit nomen decuſque Medicinæ conſeruari, vt pio, ſanctoque animo Medicus ſecundum*

Hominis īgratitudo erga Deum de acceptis beneficijs. Cap.1.

Pſal.8.

In Prouer. ca. 3.

Exod.c.21.

Contra eos, & maximè Medicos, qui venena conſulunt vel dant.

Cap.3.

Ex Medicis nulli venenū eſſe dandum.

In epi. ad Caiū Iul.

ipſius propoſitum ſe gereret; ſcientia enim ſanandi, non interfeundi eſt medicina. Atque Galenus non tantum propinare, vel cõſulere venena, ſed etiam indicare, & docere tam valde damnauit, vt eandem improbitatem, & indicantis, & parantis diceret: nam ſceleſti homines, cum ſigillatim aliquod Venenum parare doceantur, magis inſtruuntur ad nequitiam, & proniores, atque alacriores ad immania ſcelera ducuntur, medicamẽtaque ſanguinem elicientia reticeri à bonis Medicis debere quemadmodum & alia venena, narrans de quodam homine, qui cum inueniſſet herbam, quàm ſi quis aſſumpſerit, ſanguinem primo, tum uitam adimebat, & hoc pacto multos interimeret, depræhenſus, ad Magiſtratũ ductus eſt, & veritate cognita, vinctis oculis ad ſupplicium tractus eſt, ne cui interfeundum herbam indicaret. Leges etiam Imperiales ueneficis pœnam ſtatuerunt; extat enim lex Cornelia de veneficis plus eſſe occidere hominem ueneno, quàm gladio, quique venenum malum necandi homines cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit digne plecti; Medicus ergo, qui conſulit, vel parat, vel exhibet venenum, vt aliquem è medio tollat, aut graue morbum afferat, præter pœnas, quibus Iure Ciuili affici poteſt, æterni incendij reus efficitur.

Venena indicare, vel docere à Gal. improbatur.
In 2. de Antid. c. 7.
Lib. de med. pug. c. 4.
Dig. l. 48. ti. 8.
Medicum in conſulẽdo vel dando venenũ mor. pecc.

Medicamenta narcotica, ſanis, vel lac exiccantia in mulieribus mala intentione adhibens, uel conſulens peccat grauiter. *Cap. XXIIII.*

A narcoticis abſtinẽdũ quã tum fieri pot.

EOrum Medicamentorum, quæ Narcotica, vel Soporifera, ſeu ſtupefaciẽtia, impropriè vero Anodyna

dyna appellantur, vſum quantum fieri poteſt omnino deteſtandum eſſe, neq; ad ea confugiendum, niſi magna cogat neceſſitas, Medici omnes quicunque celebres fuere, præſertim Galenus ſentit. Cogimur tamē quandoque ipſis vti, cum præſertim ſæuiſſimus dolor hominem torquet, neque cæteris remedijs auferri, vel ſedari poteſt; atque vbi nimis importuna, ac perpetua vigilia vrget, & tandem cum rebellis aliqua fluxio, vel contumax deſtillatio ingruit, in quorum tamē exhibitione Gal. tria obſeruanda eſſe propoſuit pulcre & ingenioſe, vt omnia, explicans Philoniū antidotum, à Philone Medico Tharſenſi, elegiaco carmine eleganti, ſed ænigmatibus de induſtria obſcurato, primum quidem vt ſenſui ſtupor obducatur, deinde ut nullum in poſterum inde circa particulam affectam impedimentum, incommodumuè permaneat, tertiò vt non ſolum ſymptoma tollatur, aut remittatur, ſed etiam affectioni ipſi, quæ ſymptomatis cauſa eſt, ſi nō omnino aliqua ſaltem ex parte conſulamus. Vnde Areteus ſcribit, Medicum cuiquam mortem inferre nefas duci, ſed fas ĩterdū fieri, cū præſentia mala nulla ratione euadi poſſe manifeſtè præuideat, grauitate capitis torpida, ægrotum ſopire. Quamobrem homini ſano, nec dolore ſæuo, vel importunis vigilijs, vel rebelli fluxione tentato ſtupefacientia hæc Medicamenta, niſi cum ingenti illius diſcrimine, ac noxa exhiberi non debent, quod ſi fortè fortuna quiſpiā Medicus præter caſus narratos, nec magna cogente neceſſitate, verùm iniqua voluntate, & fine remedia hęc ſoporifera, vt profundus inde ſomnus excitetur, exhibet, vel conſilium dat, culpam ſopore æterno dignam committit, cum id aduerſus proximi dilectionem pugnet, nec diſſimile huic peccato illud crimen erit,

2. 4. & ſep. de cōp. med. loc.

In tribus caſibus ad narcotica confugiēdum eſſe.

Gal. 12. meth.

Tria obſeruanda c. 1. lib. 9. de med. loc. eſſe ĩ narcoticorum exhibitione. Cap. 4.

Lib. 2. de acut. mor. cur. c. 5.

Sanis non eſſe danda narcotica.

Medicus ſopo rifera ſanis mala intentione dans pec. mor.

Si malo fine Medicus lactis exiccationem procurat mor. pec.

quod Medicus admittit, cum remedia pro lactis exiccatione alicui lactanti fœminæ malitioſius adhibet, vel conſulit: nam ſi hoc malo animo, vt mulieri detrimentum aliquod afferat, vel ne quis infans lactare poſſit, vel alia improba ratione, Dei fauore destitui omnino, perennique igne ipſe exiccari meretur. Qd ſi iuuandæ mulieris, & ab imminenti malo tuendi gratia extinguendum, aut ſedandum curat, cum id ex officio illius ſit munus, eſt cur potius præmijs, quã pęna affici eum deceat; frequenter enim euenit, vt mulieribus lactè nimis in mammis luxuriante, vel ipſis lactare deſinentibus, puero vel mortuo, vel grãdiori facto, aut alteri nutrici commiſſo, Medicus cogatur ipſum compeſcere, ac eius copiam imminuere; vel penitus exiccare, nè mammarum inflammationem pariat, vel inſtar caſei cogatur, ſeu in grumos vertatur, aut ſi vitiatum ſit, mammarum vaſa exulceret, aliaùe mala excitentur grauia, ſanguinem mittendo modò ex vena cubiti, modò poplitis, ſeu tali, repellentiaque, ac comprimentia, vel lax exiccantia, vel digerentia remedia adhibendo, ſimulque victum tenuiſſimum inſtituendo, his enim auxiliis, quod exuperat, diſſipatur, & exiccatur, & luxuries naturæ in procreando lacte coercetur.

Quibus in caſibus licite lactis exiccationẽ facere poſſit.

Mala, quæ ex redundãte vel uitiato lacte fieri poſſunt.

Remedia pro exiccando uel diminuẽdo lacte.

Exhibens, vel conſulens ad coitum ſtimulantia ſolutis matrimonio, vel illicitam venerem, aut ſterilitatem inducentia, quacunque ratione id faciat peccatum graue committit. Cap. XXV.

Frigidos & veneri impotentes à Medico adiuuandos eſſe & quibus.

HVmani, ac pii Medici officium eſt, parum fortunatis illis, qui cum vxorem duxerint, inefficaces

ces in congreſſionibus Venereis deprehenduntur, auxiliarem manum porrigere, tum vt ad gignendã ſobolem idonei fiant, tum nè nuptæ mœſtitia afficiantur, violandique coniugalis tori occaſio remoueatur, & præſertim quibuſdam ſalacibus fœminis, quæ cum tentationum procellas tolerare non poſſint, ad coniugij portum confugiunt, tum & ut quibus magiſtratus, vel regni amiſſio imminet, ſit conſultum quibuſque procreãdorum filiorum cauſa vxores ductæ ſint, Ideò eis remedia, quæ venerem excitent, ut ſunt ſemen augentia, ac ipſius abundantiã præſtantia, & quod iam genitum eſt, prouocantia, nec non quæ arigendi mutari maximè ideò ſunt, adhibere oportebit. Quæ tamen auxilia, ſi veneris illicitè exercendæ cauſa ſolutis, vel etiam matrimonio iunctis à Medico conſulantur, vel propinentur, cum id Dei præceptis aduerſetur, & in animarum perniciem vergat, mortalem culpam abſque dubio medico afferunt, & quemadmodũ pietate Chriſtiana Veneri ineptis, ac impotentibus coniugatis, quos iuris Pontificij conſulti frigidos, & maleficiatos appellant, auxiliari compellimur; eadem etiã nos prohibet, ne medicamenta ſterilitatem inducentia adhibeamus, & conceptum ipſum prohibeamus. Exodi enim ſcriptum eſt, *non erit infœcunda nec ſterilis in terra tua*, & in Deut. *non erit ſterilis apud te vtriuſq; ſexus*, vt etiam habetur in Canone, & ab Hippocrate in Iureiurando lata lex eſt, ne medicus abortiuum medicamentum propinet, quòd ſi non licet factum conceptũ perimere, non licebit nec impedire ne fiat, cum non multum differat conceptum auferre de medio, & conceptum impedire, quod clariſſime conſtat ex relata Sixti V. Conſtitutione, vbi pari pœna hos eſſe plectendos ſtatuit; ſcribit enim, *quis non damnet grauiſſimis ſupplicijs*

Solutis vel iunctis matrimonio proillicito coitu exhibẽs ad Venerẽ excitantia mort. pec.

ſterilitatem inducentia ac cõceptum prohibentia nõ eſſe danda.

Cap. 23.

Cap. 7.
32. q. 4 recurrat. 55. his ita.

Cap.22. Conceptū necantes & conceptum impedientes pari pęna puniri. Exod.c.22.

plicijs illorũ ſcelera, qui Venenis potionibus, ac maleficijs, mulieribus ſterilitatem inducunt, aut ne concipiant, neu pariant, maleficis Medicamentis impediunt? maleficos inquit dominus ad Moyſem ne patieris viuere; nimis enim impudenter contra Dei voluntatem ſe opponunt, qui vt S. Hieronimus ait, dum natura recipit ſemen, receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra diſtinguit, dum inter ventris anguſtias Deꝰ magnꝰ ſemꝑ operatur, idẽq; corporis creator, & animæ eſt, impiè deſpicit bonitatem figuli Dei, qui hominem plaſmauit, fecit, & voluit; ſi quidem ut teſtatur S. Ambroſius nõ mediocre munus eſt Dei, dare liberos propagatores generis: & ideò omnes tam Eccleſiaſticæ, quàm profanæ leges grauibus pœnis afficiũt eos, qui in vtero matris puerperiũ interimere, aut ne mulieres concipiant, nefarie machinantur. Quapropter Medicus ille, vel quiſque alius, qui medicamenta manifeſta qualitate, vt ſunt opiata omnia, & refrigerantia nonnulla potiſſimum, vel occulta quadam, & peculiari proprietate citra euidentem qualitatem interius, vel exterius ſterilitatem inducenta imperauerit vel cõſuluerit, vt libidinoſa actio mulieris lateat, quã crudelem libidinem canon appellat, vel ſi ſit nupta, ne filios procreare poſſit, & tunc uerè vxor eſſe non videtur, cum procuret contra legem matrimonij Venena ſterilitatis, citato Canone, vt rei familiari, vel diſcrimini vitæ ſuæ, quod in pariendo ſubire conſueuit prouideat, aut ut à graui aliquo morbo præſeruetur, vel alia quauis ratione; letaliter peccat, & eiſdem pœnis omnino ſubijciatur, quibus procurantes abortum afficiuntur, vt in adducta Conſtitutione Sixtus V. decreuit dicens. *Præterea eiſdem pœnis teneri omnino ſtatuimus eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena mulieribus*

In epiſt. contra Ruffinum.

In com. ſuper luc. Euang. c.5.

Conſulens vel exhibens ſterilitatem facientia quacunque rat. mor. pec.

32.q.2. aliqñ.

D.c.32.q.2. aliqñ & extra de homici. c. ſi aliquis.

Quibus pœnis afficiantur ſterilitatem procurantes.

propi-

propinauerint, & quominus fœtum cõcipiant impedimentum præſtiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint, ſiue quocunque modò in his conſuluerint, ac mulieres ipſas, quæ eadem pocula ſponte, ac ſcienter ſumpſerint.

Ieiunijs corpora deſtrui tenens, vel ſine cauſa legitima dans licentiam Ieiunij frangendi, vel carnes ueſcendi, pecc. grauiter, & quantum obſit nimia indulgentia in huiuſmodi conceſſionibus, ita vt qui ouis ſolis, ac lactarijs veſci poſſunt, non habeant veniam carnium. Cap. XXVI.

PRæclaram Ieiuniorum in Eccleſia religionē, huiuſque ſanctæ abſtinentiæ pietatem, quiſquis recto mentis oculo intueri uelit, eam etiam conſeruationi ſanitatis corporis conferre, ac morbos depellere poſſe, nedum (quod quidem eſt ſanctiſſimum) curādis animabus ſalubriter eſſe inſtitutam cognoſcet, eo enim valentius animus ipſe carnis iugum è ceruicibus excutiet, quo ex ciborum lautorum abſtinētia, atque ex inedia, minus valida ad reſiſtendum ſpiritui ipſa caro reddetur, & ideò S. Auguſtinus hanc ſacram ſobrietatem laudibus efferens, *Ieiunia* (inquit) *mentem purgant, ſubleuant ſenſum, carnem ſpiritui ſubijciunt, cor efficiunt contritum, & humiliatum; concupiſcentiæ nebulas diſpergunt, & libidinum ardores, quibus ad peccata incenderemur, exſtingunt.* & Sanctus Petrus Chryſologus Ciuis noſter in aureis ſuis Sermonibus, *ieiunium* (inquit) *eſt vitiorum mors, vita virtutum, pax corporis, membrorum decus, & ornamentum vitæ, eſt robur mentium, vigor animarū, caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculū, ciuitas ſanctitatis, ſchola*

Ieiunium animæ & corpori iuuare.

In ſer. de ieiunio.

In ſer. d ieiunio & elemoſina.

ſchola meritorum, Eccleſiaſticæ vitæ viaticum ſalutare, & Diſt.35.c.die. *inuictus chriſtianæ militiæ principatus.* Sanctus verò Ambroſius dixit contraria proponens, *gula à Paradiſo regnantem expulit; abſtinentia ad paradiſum reuocauit errantem.* quòd & ſcriptum eſt à D. Hieronymo ad Euſtochium, *ſolicite* (inquit) *prouidendum eſt, ut quos ſaturitas à paradiſo expulit, eſuries redducat,* Sobrietatem ac ieiuniā iuuare ſanitatem morbos curare & præcauere. quod autem ſobrietas, ac Ieiunia multum ſanitati commodent, morbos arceant, & genitos ſanent, nonnullis cum ſcripturæ ſacræ, ac ſanctorum, tum profanorum, ac Medicorum ſententijs demōſtrari poteſt. Eccleſiaſtico enim habetur. Cap.37. *In multis eſcis erit infirmitas, propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adÿci & ſibi vitam,* idem verò Sanctus Hieronymus ait, Ad Ruſticum. *modicum, ac temperatum cibum, & carni, & animæ vtilem eſſe,* & in quadā Epiſtola *matrem ſanitatis eſſe abſtinentiam, ægritudinis voluptatem,* De cōſ. diſt. 5. vnde ad Iouin. ſcribit, *legimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes proſcriptione, & adēptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe;* caueant enim ſolecitudine diſſipandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangūt, & animam. Irridet quoq; Horatius Poeta appetitum ciborum, qui conſumpti relinquunt pænitentiam, & multis in locis, & præcipuè illo carmine ad Lollium: Ode 2. ad Sal. *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas,* & alibi *latius regnes auidum domando ſpiritum, quam ſi lybiam Eromotis gadibus vincas, & vterque Pænus* De conſ.diſt.5. *ſeruiat vni.* Idem etiam ſcribit ſanctus Io. Chryſoſtomus nihil enim æque ſalutem, nihil æque ſenſuum acumen operatur, nihil æque ægritudines fugat, atque moderata refectio, abundantia enim morbum facit, & moleſtius ingerit. Inter auctores profanos preter relatum poetam Philo dicere conſueuerat, *continentiæ*

pro-

proprium eſſe ſanitatem, & robur, incontinentiæ autem
imbecillitatem, & ægritudinem morti vicinam, Ariſt. 1. Probl.87.
quærens, cur cibum minuere, laborem autem auge-
re ſalubre ſit; reſpondet, quia cauſam ægrotandi
excrementorum habet nimietas, quæ tunc certè exul
tat, cum cibus ſupereſt, & labor deeſt, vnde idem Poe- Ser.2.& Sat. 2.
ta. Aſpice nunc tenuis uictus quæ, quantaque
ſecum afferat, in primis ualeas bene. Aulus
Gellius, ait, *præclara eſt Epiſtola Platonis ad Dionis*
propinquos, in qua ſcriptum eſt, nullo modò placuit
bis ſaturum fieri. Hippocrates verò aſſerit, *ad ſanita-* Lib.7. noctiũ attic.c.19.
tem optima ſunt, quæ modicè ingeſta ſufficiunt, ut & fa-
mis & ſitis ſint medela, & plurimo tempore corpus ipſa ſuſci-
pit, & pro ratione ſecedunt, & rurſus alibi, *ſi homo parum*
edit, & parum bibit, nullum morbum hoc ipſum inducit, &
vbi cibus præter naturam ingeſtus eſt, hic morbum facit, & Lib.4. de morbis.nu. 10. 2.Aph.
quamuis aliqui ſint Medici, & præcipuè prauus, &
impius Fuchſius hæreticus, qui Ieiunia deteſtetur, nõ
eſt mirandum, cum Sanctus Ambroſius aſſerat, *contra*
ria diuinæ conditioni eſſe præcepta illa Medicinæ, quæ à Ie- Contra damnãtes Ieiunia.
iunio reuocant. Mẽtitur itaque Medicus ille Dei hoſtis, Super pſal. pſ. 130.
ſeu quicunque ſit alius, & à verò longè recedit, qui ſa De cõſt. diſt.5.
cra Ieiunia ab Eccleſia inſtituta, vt patet in Decretis De conſ.diſt.3. c. non licet c.
corporum afficere valetudini pertinaciter affirmat, non opportet &c.placuit.
ac ſceleſte opinatur, & propterea mortali crimini ſe Et d conſ.diſt. 5.c.40.
adſtringit, cum id omnino falſum, ac abſurdum ſit, ſi
quidem Eccleſia in his, quæ præcepit ſpiritus ſancti Qui ieiunia
inſtinctu, & gratia ducitur, ut non poſſit errare, gratia corpora deſtruere tenẽt mor.
autem non deſtruit naturam. Itaque quæcunque trãſ- pec. & contrarium aſſerere
greſſiones fiunt ob peſtiferam Medici perſuaſionem, debent.
aſcribuntur ei, vt qui quoſlibet ad ueritatem reuoca-
re omni opera debeat, ſi ſibi occaſio opportuna offe-
ratur, quibus uidelicet à recto tramite diſtrahi, ac di-

uertere ex verbis ſuis occaſio fuit: Ac Medicus, qui nulla neceſſitate, legitimaùe cauſa inualidis, & imbecilibus quibuſdam facit poteſtatem, ueniamque concedit Ieiunia non obſeruandi, vel veſcendi carne diebus, quibus verſi nefas eſt, priuato alicuius obſequio deſeruiens, vel ob negligentiam quandam, vel quòd peius eſt ob contemptum ſceleſtè admodum agit, vt ſacris canonicis Conſtitutionibus fuit decretum, vbi habetur, *Ieiunium ab Eccleſia inſtitutum ſine cauſa non eſſe violandum*, & vt teſtatur D. Paulus; *noli* (inquit) *propter eſcam deſtruere opus Dei, omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.* q̃ quam qui vtitur huiuſmodi facultate, quam ſibi iuſtè factam eſſe, & cum ratione conceſſam arbitratur, nõ peccet, vti ſentit ſanc. Antoninus. Verùm nè Medicus quidẽ concedens, delictum committit, ſi cauſam aliquã habeat, quam ipſe iuſtam arbitratur, aut ſaltem dubitat, an iuſta ſit, dummodo improbitas, & contemptus abſit. Hoc tamen etiam, atque etiam eſt animaduertendum, nimiam indulgentiam permittendi huiuſmodi Ieiuniorum fractiones ijs, qui parum imbecilles ſunt, vel quibus noxios fore ieiunijs cibos parum, aut nihil ambigitur, grauioris criminis occaſionem offerre, iuxta ſententiam Canonis, vbi habetur, *facilitatem veniæ incentiuum tribuere delinquendi*. Pręterea Medicus perperam & iniquè agit, cum valetudinario, & morboſo, vel debile, qui ſe ouis, ac lactarijs cibis tueri facilè poteſt, vſum etiam carnis concedit, maximè in Quadrageſima. Itaque cautos, & prudẽtes Medicos eſſe oportet, vt imbecillibus non adeò indulgeant, niſi quantũ opus eſt: nam ſi cuipiam ob aliquod ſanitatis impedimentũ poteſtatem veſcendi ouis dare cogitur, ſi vires alioqui ſint ipſi validæ, & nulla res a Iieunio eum excuſet,

Sine cauſa legitima dans licentiã ieiunia frangendi, vel carnes veſcendi mor. pec.

Arg. c. noli putare de pœn. diſt. 1. & d cõſ. diſt. 5. ieiunia.

C. 14. ad Rom.

Quando med. non peccet in huiuſmodi cõceſſionibus.

Sylueſter. in ver. med. 55. 4.

Nimiã indulgentiam in huiuſmodi licentiis eſſe cauſã peccandi.

23. q. 4. ẽſiuſta.

Qui ex ouis ſolis veſci poſsũt non habeant licentiam carnium.

cuſet, non debebit eundem à Ieiunij obſeruatione ſoluere, quod quidem ieiunium conſiſtere cum ouium comeſtione poteſt, carnes verò ſi comedat, ieiunium obſeruare non valet, de cuius eſſentia eſt carnium abſtinentia.

Arcana grauia commiſſa, & morbos, vel eorum cauſas letali peccato annexas palam faciens Medicus peccat & ſæpiſſime mortaliter, qui per ſe, non per alium ad correctionem fraternam tenetur.

Cap. XXVII.

ANſeres cretentes cum taurum montẽ traijciunt, animalia alioqui vocalia, & clamoſa, dicuntur metu Aquilarum, in os iuſtæ magnitudinis lapide sũpto, taciturnitatem ſibi imperare, vt fallere in trãſitu poſſint; homines verò rationis particeps, poſthabito omni Aquilarũ tartarearũ metu, linguã regere, ac moderari nolũt, in cuius poteſtate vita, & mors ſæpe poſita eſt, mors autem præcipuè oboritur cum commiſſa arcana proferuntur; quamobrem ſacra ſcriptura prodentes arcana valdè improbat, ſcribitur enim, *qui denudat arcana amici, perdit fidem, & qui ambulat fraudolenter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt, celat amici cõmiſſum.* Anaximander autem dicebat, *qui commiſſum ſibi inſtar depoſiti ſermonem euulgat, eum aut iniuſtum, aut admodum incontinentem eſſe*, ideò ad arcana celanda etiam philoſophi antiquiores frequenter adhortabantur; Periandri illud eſt, *ſermones arcanos nè efferas*, & Iſocrates ad Demonicum, *diligentius tuere depoſita uerborum quã pecuniarum*

Loquaces reprehendũtur.

Contra manifeſtantes ſecreta commiſſa.

Eccle.c.27.
In prou.c.21.

Horatio ad celanda arcana.

niarum: nam boni viri officium eſt, ita ſe gerere, vt eius mores plus fidei, quàm aliorum iuramento mereantur, nec non quidam alius, *arcanorum* (inquit) *verborum linguæ ſigillum imponatur, præſtantior enim ſermonum, quàm poſſeſſionū cuſtodia*; quare Horatius.

Odarum. 5.

Eſt & fideli tuta ſilentio merces.

Et Seneca; *ſilendo nemo peccat, loquendo ſæpe:* Homerus verò Vlyſſi facundiſſimo viro ſummam adſcripſit taciturnitatem, cum ait; *Hæc tacita, vt ferrum, vel quercus dura tenebo:* & quamuis linguam moderari & arcana celare ſemper habitum fuit inter difficilia à ſapientibus, vt etiam quotidiana experientia nos docet, & ex quodam Socratis dicto patet, *carbonem nempe ignitum facilius in lingua contineri poſſe, quàm ſermonem arcanum*. Attamē cum virtus circa difficilia maximè verſetur; & contendenti ſummo labore & voluntate nihil difficile videatur, qui animæ ac dignitatis ſuæ conſultum eſſe optat, diuinum auxilium, vt ſilentio rem inuoluat implorando, & ſi quod eloquendi propoſitum accidit ſibi vim inferēdo, taciturnitatis virtutem aſſequetur, cuius præclarum exemplum nobis reliquit Plutarchꝰ in vita Hypeidis, refert enim ipſum, ne arcana patriæ enunciaret ſibi linguam dentibus in tormentis ampu taſſe, qđ idē Zenonē Eleatē feciſſe aſſerit, qui ne qđ animi arcanū impulſus neceſſitate proferret, linguam mordicus abſcidit, & in Tyrannum expuit, vt interim multa alia arcani celandi exempla omittam, quæ ſi quis deſideret Cœlium Rhodig. adeat, itaque ſicut ægrotus morbum ipſum, morbique cauſas & origines Medico patefacere debet, ſi velit eius opera uti, iuxta illud Boetij, *ſi operam medicātis expectas, neceſſe eſt vt vulnus detegas*, ſi potus, eſuſùe commoderatior, ſi coitus, ira, metus, mœror, vel amoris impotentia, aut alia quæ piam

Linguā continentiam quomodo aliquis aſſequi poſſit.

Taciturnitatis exemplum.

De uita rethorum.

In li. de Garrulitate.

Tom. 2. lec. antiq.

Aegrotus occaſionem morbi medico explicare debet.

Occaſiones morbi graues morborū medicus occultare oportet.

piam inſana affectio coniecit in ægritudinem, ita uiciſſim medicus eaſdem cauſas occultare debet, & præſertim ſi eiuſmodi ſint, quæ & cum peccato coniunctę ſint, & magnum ſcandalum afferant, quemadmodum in tenebris ambulans Hip. in his, quæ ad ſalutem pertinent, obſeruare Iureiurando pollicius eſt, *quæcunque inter curandum videro, vel audiero, immo etiam ad medicandum non adhibitus, in communi hominum vitam cognouero, ea ſi quidem offerre non contulerit, tacebo, & tanquam arcana apud me continebo.* Idcirco Medicus, ſi arcana grauia, & & ſeria, quæ ſibi ab ægroto commiſſa fuerunt, prodit, vel morbos corporum per peccatum lethale contractos enunciat, vt puta ſi alter coniugum lue gallica in vetita Venere correptus ſit, altero integro, incolumi, ac chriſtianis moribus prædito; aut cauſas morborũ prodit, quæ cum capitali culpa, offendiculoùe proximi, aut cum aliqua ægrotantis læſione graui annexę ſint, cuiuſmodi ſunt congreſſus Venerei damnati, ebrietates, vel errata maxima, quæ ab ægrotantib. integræ mentis committuntur, magno ſcelere ſæpiſſimè morte digno ſe aſtringit, præſertim, ſi ſint homines religioſi, nimirum quando hi morbi, aut eorum cauſæ abditæ ſint, nec vulgo innoteſcant, quamuis etiam id faciat, vt interitus culpam à ſe remoueat, ſi quãdo ex eiuſmodi cauſis ſequitur. Nam ſi cum viris prudentibus ſupradicta communicet, à quibus auxilium & correctio ægroti expectari poſſet, nullum erratum cõmitteret, vt ex Canone colligi poteſt, & ex Diuo Thoma, ideò ſi huiuſmodi peccatum, ſub ſecreti ſigillo ab ægrotante patefactum ſit Medico, poteſt tantum facere correctionem fraternam ſolus ſoli, alteri certè nec poteſt, nec debet patefacere.

Medicus arcana grauia, vel morbos vel cauſas pecc. mort. annexas patefaciẽs peccat ſæpiſſime mort.

Medicum per ſe & non per alium ad correctionem fraternam tener. 2.q.1.c.51.peccauerit.

2.ſec.q.69.art. 2.

Medicus non conductus à Publico immodicum ſalarium petens, vel conductus aliquid notabile accipiens exceptis quibuſdam caſibus peccat: & ex quibus ſtipendium licitum metiri poſſit. Cap. XXVIII.

Medicum liberalem debere eſſe.

VIrtutibus omnibus, & præſertim liberalitate præditũ eſſe Medicũ debere ex Hipp. pluribus ĩ locis intueri licet, & quãuis munificentia maxima ex parte ad dandã pecuniã referatur, vt ex Ariſt. colligi poteſt, refertur tamẽ & ad accipiẽdam, veluti cum nõ accipitur, à quo iure tenus accipi deberet, vel minus quã deberet, id quod maximè ſpectat ad Medicũ, vt qui ex huiuſmodi beneficentia maiore in honore habetur, ſingulari colatur obſeruantia, eiuſque auctoritas augeatur, atque hoc liberalitatis genus ſit gratiſſimum, & iucundiſſimum laboranti, qui medico ſublata ſuſpicione auaritiæ, longè magis fidit, & facilius ſe curandum committit. Nam quod Hippocrates ait, *me dicũ à mercede inchoare curationẽ, ſienim* (inquit) *a mercede inchoauerit, cõducit hoc vniuerſo negotio, ægroto. n. cogitationem inducit, quod uidelicet non ipſo relicto abibit: ſi verò non paciſcatur facilè forè vt ipſum negligat, & de quibuſdam in rem præſentem non admoneat*, cautè profectò & prudenter de conſtituenda mercede eſt agendum, nè auidus videatur, ægrotumùe offendat; Verũtamen neque etiam debet eſſe ita prodigus, & ſuæ honeſtiſsimæ artis contemptor, quin accipiat à quibus debet, & quantum debet, alioquin nõ poſſet perſonæ, quam ſuſtinet dignitatẽ retinere. Adde quod huiuſmodi

4. ethic. c. 1. Qua liberalitate medicus eſſe debet ornatus.

Paciſci de mercede eſſe vtile. Lib. de præcep.

Mercedẽ conuenientẽ Medicus recipiat.

modi merces honeſtiſsima eſt,& æquiſsima, iuxta Diui Pauli ſententiam, *vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundũ ſuum laborem*, & Diuus Aug. medici mercedẽ honorẽ appellauit, ſecutus in hoc præmii genere Ciceronem, qui ſolicitus de ſuo Tirone *Curio* (inquit) *miſi, vt Medico honor haberetur*: Deteſtandam tamen eſſe prorſus in Medico auaritiam dicimus, vt quæ artis dignitatem minuat, ægroto ſit admodum moleſta, medicoque turpitudinis ac infamiæ notam inurat, vbi enim ardet pecuniæ cupiditate fingit morbum grauiorem quàm ſit, non vt ęgrotantem magis obſequentẽ reddat, ſed vt perterritum argento emungat; pollicetur etiam cognatis, & affinibus ſalutem, quamuis intelligat hominem omnino moriturum, imponit & iubet multa, ſumptuoſam curationem adhibet, vt rem magnificè efferat, & ſuam operam oſtentet, ac venditet. Medicus itaq, bonus habita ratione ſui ægroti, & opere mercedem æquabilem, & conuenientem accipiet; quod ſi honorarium immodicum ei excuſatione petat, quoniam nullum publicum ſtipendium ei ſit conſtitutum, ſciat mercede æterna ſe priuatum iri, & cruciatu ęterno deſtinatum. Qui verò ære publico alicuius Ciuitatis eſt conductus ea conditione, vt nihil à ciuibus priuatim accipiat etiam ab illis, qui vellent ſponte dare, ſiue magnum ſiue mediocre accipiens præmium, vt dicit Nauar. iuxta magis communem opinionem, mortali peccato ſe obſtringit, ac reſtitutioni ſit obnoxius: nam cum ciues contribuerint ad publicum præmium, videtur velle bis exigere, quod ſemel tantum debetur; & in iure ciuili *bona fides non patitur, vt bis idem exigatur*; de his vero Ariſtophanes ita ſcripſit. Vos qui accipitis ſtipendia publica ſinguli priuatim incumbite ad ſuum quiſq; opus, vtilitas verò

rei

1. Corinth. c. 3.

In c. non ſanè 14. q. 5.

Lib. 16. Epiſt. 9.

Auaritia in medico turpis ac ægris damnoſa.

Medicus nimium ſalariũ petens pec. mor.

Condutus à publico accipiens ſalarium incurrat pecc. mort. & ſatiſfac. ten.

Iaco. à canib. de execut. vlt. uolunt. 55. cõſentaneum, in 10 caſu. n. 17. L. 17. bis. 55. de u. r. ob.

rei publicæ ante oculos ſemper verſetur, volunt tamẽ Summiſtæ excipiendos eos Medicos eſſe, qui poſtquã ægroti conualuerant, alijs officijs, vel viſitationibus illud mercedes compenſant, quòd acceperunt, aut ſi rerum conditiones mutatæ ſint. Attamen Ioa. Petrus Fracanus Bornius ſanctiſsime ſocietatis Ieſu Theologus doctus, ac grauis arbitratus eſt, Medicum quando, qui munera largitur, nouit ſe non teneri, ſed liberalitati gratia, & vt mutuæ gratificationis aliquod ſignum præbeat, cum vult remunerari, tunc rectè accipere poſſe. Quis enim remunerandi beneficij voluntatem improbabit? & quis audebit repræhendere, qđ ratio, & ipſa natura ſuadet, vt à quo beneficium ſalutis acceperis, pari aut etiam maiori gratia compẽſes? Iubet Heſiodus maiore menſura ſi poſſis gratiam referre, illa comparatione agrorum, qui multò plus afferunt, quàm acceperunt, & in ſacris literis illud eſt, *ſi benefeceris, ſcito, cui feceris, & benè fac iuſto, & inuenies retributionem magnam.* Atque id mihi etiam probatur, ſi modò, qui donat, ita declararet, aut Medicus certò ſciret. Verum quia certò ſcire, ut plurimum non poteſt, fiat ne ſponte, an ſecus, & an qui largitur intelligat ſe non teneri, ea re conuenit adhibere prudentiam, eoque magis quod eiuſmodi dona multorum malorum cauſam afferre poſſunt, ut experientia probat, nec ſine cauſa illud additum eſt, ut ne quid accipiat alicuius momenti, uel ſpõte datum, ſcriptum eſt enim in Iob. *ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt*, & in Deuter. *non accipies munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & ſubuertunt verba iuſtorum*, & apud Iſaiam. *qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit.* Conueniunt tamen omnes in eo, quòd Medicus poteſt pro qualitate perſonæ

[Margin notes: Quando ſalarium recipere conductus poſſit. 5. Anton. Ange. Syluest. 11.3. lib. med. 55.5.q.6. Opinio Patris Fracanij. — Eccleſ. 12. — munera eſſe vitanda. — Cap. 15.]

ſonæ modicum accipere munus,& præſertim Neotericus quidam addens, Medicum poſſe more Iudicis eſculenta,ac poculi accipere, ſi liberalitatis cauſa,& ſpontè donentur,& alia etiam,ita vt amanter rogetur Medicus,vt accipiat,& quibuſdam etiam humaniſſimis precibus cogatur,vt blandis verbis fieri ſolet inter urbanos & modeſtos ciues,porrò ſtipendium Medici conueniens,ac iuſtum metiri habeamus,conſiderato modo curationis,labore Medici, & induſtria itē facultatibus ægroti,& conſuetudine loci.

Per tex. in ca. ſtat. 55. in ſup. de retoſcript. ad regul. cancel.

Salarium conueniens ex q̃bus metiatur. D. obſ. remiſſ.

Nimium præmium timore mortis oblatum exigens, poteſt peccare, & non peccare, ſi conuenientem mercedem ſemper accipiat. Cap. XXVIIII.

MErcedem conuenientem pro laboris,diuitiarũ, & curationis qualitate debere Medicum accipere,iam dictum eſt; quæ verò à iuſtitia remota eſt, & quæ coactè & præter æquitatem ęgrotus obtulit, eam reſpuere debet,vti ſacræ,ac prophanæ literæ docent. Luce enim habetur,*eſtote contenti ſtipendÿs ueſtris*, & in Prouer. *melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate*; ideo Caſſiodorus ſcripſit, *commodum debet eſſe cum modò: nam ſi menſuram qualitatis exceſſerit, curam ſui nominis non habebit*,& Menander *lucrum puta lucrum ſi iuſtum eſt*.Propterea,qui præmium immodicum exigit,quod ægrotus motu mortis pollicitus eſt; quãuis ex publicis pecuniis non ſit illi ſtatutum ſtipendiũ ſi aliunde habet,aut habere poteſt, quantum ſibi aduictum opus eſt, mortaliter peccat: nam quare vult medicus in rem ſuam conuertere alienum, & longè

Iuſtam mercedem eſſe tantũ accipiendũ.

Cap.3.

Cap.16.

Li.9.epiſt. 14.

Nauar.c.7.n.6.

M maio-

maiorem mercedem percipere; quàm meritus fuerit. ſpoliat ægrotum, quem iuuare debuit & illa malitioſa cautio, quod ſibi is obtulerit, nullius eſt ponderis; coactus enim, & metu mortis id fecit, nec eſt tam ingenti pretio ſpoliand⁹, *non patitur enim natura*, inquit Cicero, *vt ex aliorum ſpolijs noſtras facultates, & copias augeamus*, quæ tamen ſi augeãtur, cum ſint malè partæ, malè etiam diſpereunt, vt dicebat Nautus in Penulo, & Horat.

Lib. officiorũ.

Ode. 3. lib. 2.

Cedes cœmptis ſaltibus, & domo,
Villaq; flauus quam Tyberis lauit.
Cedes, & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.

A turpi lucro auaritiaq; medic⁹ ſit alien⁹.

Ideò in Eccleſ. legitur. *Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.* Cum igitur huiuſmodi lucrum, ſit turpe, Medicus id deteſtari debet: nam vt Heſiodus dicebat, *turpia lucra fuge, hæc quia ſunt æqualia damnis*, & Antiphon. *lucra male quæſita, voluptates quidem pariunt breues, longam verò à triſtitia pœnam expectant*, tãta.n. & tam multa iniuſtè ſimul & auide accipientes, potius inſignes Mendici dicendi ſint quàm Medici, quomodo à Diogene vocabantur, vtilius enim & ſalubrius eſſet ipſis tenuitate chriſtiana potius ſe ſuſtentare, quàm auaritiam infinita concupiſcentem & nunquam expletam ſectari, vt Sanctus Chryſoſtomus pulcherrime adhortatur allegorica explanatione triũ puerorũ, quos Nabucodonoſor in fornacem mitti iuſſit; *nos* (inquit) *virtutem debemus imitari, ſi quidem aurea nunc imago propoſita eſt pecunia ſcilicet in qua Mammone formatur effigies, & ad ſeruiendum ſibi cupidorum corda ſolicitat, ſed nequaquam nos, aut ſonus tubarum, aut citharæ concentus, reliquæque diuitiarum illecebræ, aut blanditiæ commoueant, vt imaginem adoremus Auaritiæ;*

Vitandam auaritiã eſſe Chryſoſtomus exẽplo docet.

Super Iouen.

ſed

ſed ſi ardētem fornacem(paupertatem dico)intrare cogamur, eam tamen ipſi ſubeamus, tunc blanda nos in medio flammarum circumuolabit roris aſperſio; non igitur horreamus paupertatem, quod eam fornacem nominare audeamus, neque contra pulchritudine imaginis aureæ capiamur, de huiuſmodi enim fornace Lazarus non minus, quàm illi tres pueri clarus ægreſſus eſt, at contra diues ille purpuratus, qui imaginem adorauit eterno deputatus eſt incendio. Antiquiores Medici, tantum abeſt, vt aliqua auaritiæ labe fuerint correpti, vt etiam ſine mercede mederi voluerint, gloriam ſibi, & dignitatem, æternamque ſui nominis famam, non vile lucrum ſibi proponentes, ſi Galeno credendum eſt, qui aſſerit *Medicorum finem minime ad vtilitatem, ſed ad dignitatem quatenus ſunt medici, pertinere*, ſicut neque Diocli cura vlla vtilitati fuit, neq; Hippocrati, neque Empedocli, aliiſue cum pluribus ex veteribus, qui humaniter, & benignè liberaliterq; medebantur; quod autem hoc ſit verum patet apud ipſum Hippocratem, *qui mercedem*(inquit)*capiunt, hi ſcientiam ſeruire cogunt, velut captiuam faciētes ex priore libertate*. Vt verò rem ad noſtras leges, & ad noſtra tempora inueteratam conſuetudinem accommodemus. Si Medicus mercedem congruam, & modicam exigit, quamuis metus mortis offerat, ut nullum admittit peccatum: immo addit idē Theologus non delinqui etiam ſi magnum, & immodicum ſalarium Medicus accipiat, cum ab opulēto accipit, qui ſcit, tantam quidem mercedem ei nō debere, ſed dat liberaliter, & ſponte, tum vt ſe gratum oſtendat, tum ut ſtudioſiorem in ſua curatione ipſum efficiat.

Antiqui Medici ſine mercede egrotos curabant.

Lib. 9. de Hip. & Plat. decr.

In epiſt. ad Abderitas.

Semper conuenientem mercedem med. accipere poſſe quandoq; etiā immodicum.

In morbis non curabilibus, Medicum poſſe ſalarium recipere, dummodo non taceat morbum inſanabilem eſſe, vel cum mendacio ſalutem non ſpondeat. Cap. XXX.

Dari morbos inſanabiles & qui tales ſint.

QVoſdam eſſe morbos, qui ab arte Medica minimè ſuperari poſſint, omnes Medici fatentur, huius autem qualitatis eſſe eos depræhendimus, qui ſuapte natura, totaque ſua eſſentia curationem omnẽ reſpuunt, vt Elephantiaſis abſoluta, vel quando ęgrotus in morbo alioqui curabili, neceſſaria ad curationem auxilia non admittit, vt uſtionem, ſectionem, & alia ſimilia ubi ijs opus fuerit, fiunt enim plerunque morbi inſanabiles, ægrorum mollitie, aut tergiuerſatione; vel etiam ſi morbus ſit, cuius curatio maioris mali occaſionem præſtet, ut cum cancrum curare ſtudemus, aut diuturnos mariſcarum fluores, niſi vna relicta fuerit hæmorrhois, aut vetera, quæ diu manarũt vlcera, compeſcere nitimur, horum nanque curatio plerunque grauiores excitat morbos; Medicus itaq; qui eum morbum curandum ſuſcipit, quem ex medicæ facultatis principijs & experimento nulla curatione ſanari poſſe aut cognoſcit, aut exiſtimat, ſeruata boni viri conſcientia mercedem petere poteſt quouſque in viſitando, & oportuna auxilia adhibẽdo ſuam impendet operam: nam ſecundum Canonem, *iuſtum eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui laboris impenderunt obſequium*, & ex Caſſiodoro, tribuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio meritorum, quia ex probrata militia creditur, ſi irremunerata tranſitur; Athletum populis palma deſignet eſſe victorum, ſudores bellicos vincta

Curans morbum non ſanabilẽ, vel viſitãs licite mercedem accipit.

1.q.2.ſacerdos-nſi.12.q.2.caritatem. Lib.2.epiſt.

vincta corona teſtatur, expectant æqui etiam præmia ſua,& tanta iuſtitiæ uis eſt, vt nec illis tardius detur laboris prætium, qui non ſentire poterant denegatum. Quod ſi ita eſt, dignum eſt hæc huiuſmodi ei reddere, qui perhoneſta cognoſcitur obſequia placuiſſe, & alibi, æquum enim eſt, vt vnicuiq; proficiat labor ſuus, & ſicut expendendo cognoſcit incommoda, ità rebus perfectis cōſequatur augmenta. quod & ratione probari poteſt, quoniam natura morbum refugiens ſibi ipſa medetur; Medicus verò naturæ miniſter eſt ex Gal.& vt dicunt doctores, eſt quoddam quaſi inſtrumentum, quod quidem non debet ſubtrahi, donec natura penitus nō ſuccūbat,& à morbo ſuperetur; iuxta Auguſt. Anconit. ſententiam, cum in hac re diuinū iudiciū non lateat, quoniam vt D. Auguſtinus ſcribit *Medicus quidem cauſam proximam morbi curationis pronuntiare poteſt, ſed primam, & ſuperiorem longo interuallo plerunque non attingit:* Ezechias Regi ſecūdum cauſas inferiores, ideſt diſpoſitionem morbi, vel demerita ſua ægrotanti moriendum fuit, minante propheta Dei, *Domine diſpone domui tuæ, quia morieris.* At cum rex cōuerſus ad parietem fleuiſſet, & oraſſet ad Dominum, ſecundum cauſam ſuperiorem, ſeu diuinam diſpoſitionem, quę regit cauſas inferiores,& ſibi eas ſubijcit ſeruatus fuit, & adiecit illi Dominus quindecim annos, quin etiam Galenus probat ex mortiferis morbis quamplurimos ſanari, ſi tamen Medicus non erret, neque ægrotus, neque miniſter recte imperata negligat, & quamuis Medicus bonam ualetudinem reſtituere non poſſet in morbo nō curabili, ſemper tamen prodeſt medendo; præſeruat etenim à deteriori morbo, vel ſymptomata arcet, vel ſaltem vim eorum ſedat, & imminuit, vti dictum eſt ab Hipp. & ab Areteo,

In lib. 3.

L. ad thraſib.

Li. 3. de Trinit.

Iſa. c. 38.

In 6. epid. cō. 2. tex. 43.

In morbis nō curabilibus q̄ bona medi. curando præſtare poteſt.

1. prog. tex. 3. Lib. 1. de diut. mor. cur. c. 5.

Si cum fraude med. tacet morbi incurabilitatem peccat.

teo ægrotos certè omnes ſanari non poſſe, Medicus enim diuinam potentiam æquaret, verum dolores ſedare, morbos intercipere, obſcurare, cunctari, & ſuſpendere ad tempus conceditur. Verum ſi doloſe Medicus immenſi, & interminati morbi acerbitatem, & grauitatem apud illos reticeret, qui curam ægrotantis gerunt, ſumptuſque ſuperuacaneos imponeret, grauem culpam committeret, teneretur que ſumptus illos ſuperuacuos & immodicos reſtituere, maximè pauperibus: nam vt ait Sanctus Chryſoſtomus, *non ſolum proditor eſt veritatis, qui mendacium pro veritate loquitur, ſed qui non libere pronunciat veritatem, quàm pronuntiare oportet*, & Sanctus Auguſtinus, *qui veritatem occultat, & qui prodit mendacium vterque reus eſt, ille, quia prodeſſe non vult, iſte quia necare deſiderat*, pariter ſi mentiendo ſeque venditando ſalutem polliceretur graui peccato, & reſtitutioni ſe ſubijceret, quoniam (vt dicebat Theogonus) principium mendacij exiguam habet gratiæ, circa finem verò lucrum turpe, malumque pariter naſcitur. Optimum eſt igitur ſemper vera loqui, id quod hortabatur Menander, quia quouis tempore hæc ad tutò viuendum præcipua eſt, & ſingularis ratio, vnde Galenus ſcribit, *ſi ob extremam laborantes formidinem ipſi certam ſalutem polliceri coactus fueris, egreſſus ſaltem, eius curam habentibus vera dicito*, mendacium enim ſemper viri ſapientis improbarunt, vt patet apud Homerum.

Super Matth.

De ago. chriſt.

Cum mendacio ſalutẽ promittens pec.

In Hypobolimeo.

Li. 6. epid.

Iliad. 9. ver. 312.

Εχθρὸς γάρ μοι ϰεῖνος ὁμῶς αΐδαο πύλησιν,
 Ος χ' ἕτερον μὲν ϰεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. *ideſt*

Penè mihi eſt orci portis inuiſior ipſis,
 Cuius uerba ſonant aliud, quàm mente recondit.

Certam

Certam mercedem pactus cum ægroto poſt curatio-tionem, ſi fiat Recidiua ex Medici culpa, denuò tenetur curare; ſi ægri cauſſa, vel in dubio non tenetur. *Cap. XXXI.*

MEdicus, vt tutò curare poſſit ad tria intentum animum habere debet, vt Gal. tradit, primùm vt profligato morbo lætam abſolutionem ſui operis conſequatur: deinde ſi hoc aſſequi non valet, vt ſaltē cubantem ne lædat: poſtremò, vt nè quod vitium iam ex aliqua parte corporis amotum facilè reuertatur, quod interdum fieri poteſt, vbi Medicus ſuo non fungatur munere, vel ægrotus ipſe ſpretis vtilibus monitis delinquat: aut etiam nemine peccante ſi cauſa aliqua externa improuiſo interueniat. Medicus itaque qui certam mercedem pactus fuerit cum ægroto, poſt quam reſtitutus ſanitati, ſat commodè conualuerit, quotidiana, & frequenti viſitatione miſſa iam facta, ſi paulò poſt in morbum relabatur, denuò curare ſine mercede non tenetur, ſi hoc ei ſua culpa accidit, vel noua aliqua cauſa aliunde emanata præter ſpem, atque expectationem ſucceſſerit. Quod ſi medici culpa, vel eadem morbi cauſa, non admodum benè curata; vel ſublata, æger in morbum recidat, rurſus curationem eius ſine mercede ſuſcipere tenetur, videntur enim inter ſe pepigiſſe, vt vſq; ad exitum morbi æger curaretur, & nulla medico fit iniuria, vt habetur Math. 5. *amice nō facio tibi iniuriam, nonne ex denario cōueniſti mecum?* neq; Medicus ea re offendi debet, aut ęgre ferre, & inique contra pactum venire, et ex Galeno docemur, *animum diligenter adhibendum eſſe, modiſque* omni-

Tutò curans tria præſtare debet.

14. meth. med. c. 13.

Cauſæ racidiuæ

Pactus certam mercedem ſanato ægro vbi curare debet ſi relabatur vel non teneatur.

L. quod quis ex culpa ff. de reg. iur.

1. de dieb. decr. c. 1. *omnibus obſeruandum, nè quæ ijs, qui fideliter ſanati ſunt, vel in cibo, vel in potu, vel balneis, vel motu, vel denique in alijs quibuſlibet concedimus, agere ipſi ægroto permittamus: nam ſi morbus quieſcens exiguus fuerit, ob tam diligentem exactãque victus rationem prorſus ſubſederit, vt poſtea nunquam amplius reuireſcat, ſin malignior & contumacior exiſtat, etiã ſi cum hac uiuendi ratione vſus fueris redibit, non tamen cum ſummo diſcrimine*. At ſi neglexeris parumque ſtudioſè animum aduertas, tanquam fideliter confecto et ſoluto, multò grauior quàm antea gliſcet, atque vrgebit; ſic Cicero Cornificio, *grauius* (inquit) *ægrotant ij, qui cum leuati morbo videntur, in eum de integro incidunt*, quo fit vt ægri ſpe magis deturbentur, animique valde pendeant, de reparanda amplius ſalute, quę demiſſio et fractio animi in primis obeſſe manifeſtum eſt. Quod ſi dubitatur cuius occaſione reciduus factus ſit morb⁹, cũ Medici mercedem iam poſſidẽtis conditio ſit potior, et in dubiis potius bonus, quàm malus præſumi debeat, et interpretatio fiat, et in re dubia benignior, nõ videtur teneri medicus rurſus illius curam aggredi ſine alia mercede paſcenda. Loquimur de rigore mercedis petendæ: nam inter modeſtos ciues, etiam ſi nihil petatur à medico, tamen agitur liberaliter, vt ſponte ſoluant, niſi forte quò ſe omni dubitatione liberet, velet in hoc etiam euentu operam ſuam gratis præſtare, vt nos monuit Theologus ille, quem ſuprà dixim⁹, ad huius autem rei certam deffinitionem conſulendi erunt Doctores adducti à P. Fr. Iac. Vngarello, et recidiuationis cauſæ diligenter conſiderandæ, vtrum internæ ſint, an externæ, priores ſunt, quæ relinquuntur in morbis per criſes imperfectas, et obſcuras, vel præcipites materia videlicet, et morboſa affectio tanquã fomes, de quib. Hippocrates, *quæ relinquuntur* (inquit) *in*

Lib. 12. epiſt.

Si dubia ſit cauſa recidiuę, nõ tenetur med. niſi ex conſ.

L. merito ff. p ſoc.
Alex. cõſ. 127. uol. 4 ff. de ijs, quę in teſt.

In annotationib. ad angelicam. 5. med.
Cauſę recidiuę.
2. aph. 12.

in morbis poſt iudicium, recidiuas facere conſueuerunt, poſteriores sūt aeris cōſtitutio, & praua victus ratio, materia verò morbifica, interdum alio transfluens falsā ſoluti morbi opinionem adfert, interdū verò tenuiore parte diſcutitur, manēte craſſiore, relicta verò praua qualitate, ſeu morboſa diſpoſitione, ſimilis renaſcitur morbus. Quod aer faciat recidiuas conſtat ex eodem, *recidiuas* (inquit) *faciunt tempora*, hoc eſt temporū mutationes, aut viciſſitudines: nam ſi aeris offenſio craſſior, aut frigidior, aut calidior, ſupueniat, uel alia etiam leuis animi affectio accedat, vt iracundia facile corpus imbecillum lędunt, nondum benè cōfirmata valetudine, ideò idem princeps medicorum ſcribit, *in recidiuis locorum mutationes prodeſſe*. Vltimo relapſus fiunt ex praua victus ratione, ſi animo deratus cibus, vel potus, atque etiam intēpeſtiue ſumatur. Quæ quidem Recidiuæ ſemper ſunt timendæ, quoniam vt Auic. teſtatum reliquit, *ſunt deteriores ſua radice*, tunc enim natura, & virtus eſt imbecillis, ac defeſſa, & quæ à ſuperueniente affectione facile ſuperatur, & omninò proſternitur.

Hipp l. de hum.

In 6. epid. cō. 4.

Li. 4. tra. 2. cap. 95.

Præſcribens maiorem copiam medicamentorum maioris pretij ex iniuſta cauſa, & cogens ægrotos adire ſuam Aromatariam aduerſus leges, & iuramentum peccat grauiter. Cap. XXXII.

EFfrænatam pecuniæ cupiditatem omnium malorum fontem & originem eſſe D. Paulus, nec non S. Auguſtinus teſtati ſunt, id quod etiam ſupra tetigimus, & omnes vident auarum hominem peſſime audire, infeſtū, & odioſum omnibus eſſe, infamia etiam

Auaritiam omnium malorū eſſe radicem. Ad tim. de libero arbit.

Diſt. 47. post mortem flagrare, & D. Gregor. conſentit, *Deo bonorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi pecuniæ cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus.* quid mirũ igitur erit ſi Medicus pecuniç ſtudens, copioſam rerum & ſumptuoſam curationẽ adhibeat, vt oſtentatione quadam ſui artificijs rem magnificare videatur, quo inde magis lucretur, eo nomine iniuſtus admodum ſit & improbus; quantum enim res exigit, proponere debet, & quod facilimum ſit, & minoris ſumptus, niſi fortè ſic æger ſe parui fieri cenſeat, cũ vile remedium adhibetur. Quod memoria Patrum accidit cuidam maximo Principi, qui interrogato Medico, quanti emeretur medicamentum, quod ſumpturus erat, cum audiſſet adeò vili conſtare, vt egentibus & abiectis eius fieret copia, expoſtulauit cum Medico ſe pari ſumptu ac quẽuis ſeruum viliſſimum curari; quapropter niſi huiuſmodi homines vel alios diuites nactus ſit Medicus, ſumptui auxiliorum parcere debet, & fortunæ hominum remedia accommodare. Adde, quòd maximam partem non robuſta, ſed tenui valetudine, & rariore cute ac ſubtiliore ſunt nobiles viri, delicate ac molliter educati, vt neque uilia tolerent medicamenta, quæ firmioribus corporibus, vt ſunt plerunque hominum egentium audacter adhiberi poſſunt. Atque Galenus hoc fermè indicauit, *ſicut* (inquit) *Medici pauperes exilem apparatum laudant, ſic etiam oportet diuitibus permittere, vt confectiones pharmacorum pro opulentiæ ſuæ dignitate comparent. Sat enim ſcio etiam ipſe* inquit Galenus *non ſolum multos pauperes eſſe medicos, ſed & qui ab ipſis curantur; omnis tamen materiæ meminiſſe operæ prætium. vt tam diuitibus præcioſa remedia magnifice expetentibus obſequantur, quàm pauperibus dent optionem illarum tantum rerum.*

Sumptibus remediorũ parcere, & perſonarum habenda ratio.

Lib. de comp. med. loc. c. 1.

rerum, quibus, vnuſquiſque pro oportunitate abundet ideò idem alibi ſcribit, *diuitum medicamenta debere eſſe cara, & odorata ſuauitate quadam, & iucunditate ſenſus perfundentia, licet magno conſtent*: nam vt ægro interdum obſecundetur aliquid leue, & quod non incommodet præſtandum erit, ne ſui curam ſperni ſentiat, auaritia tamē nunquam Medicus ducatur, vt lucri ſui cauſa obſecundet, ab Aetio improbata vehementer, *ægri* (inquit) *dum quietum victum putant; negligentiā eſſe, & quodcunque tandem facere curationem, cogunt Medicos quotidie aliquid præcordijs adhibere: conſentientibus ſanè Medicis hac ipſa de cauſa, vt ſemper aliquid facere videantur; hinc enim ſperant ſe plus lucri eſſe facturos*, contra quos ſcriptura ſacra clamat Iſaiæ. *Veh qui prædaris, non ne & ipſe prædaberis*, & Abacuum. *Veh qui congregat non ſua*: Medicus itaque qui maiorem numerum medicamentorum, maioris ue æſtimationis præſcribit, quàm neceſſe ſit, occul ta cum Pharmacopola pactione, vel alia iniuſta cauſa, puta quo ambitioſe ſuperbiat, & inflatus ſibi nimis indulgeat virique peritiſſimi ac remediorū copioſiſſimi famam nomenque aſſequatur, mortalem culpam admittit, & reſtituere damnum infectum tenetur, quique temerè ac ſine vlla ratione immodicis, ac inutilibus ſumptibus minimeque neceſſarijs præcipue in pauperū curatione nō parcit, vel officinā Aromatariā hēns cogit, & īducit eos, quos curat, vt ex ea quicq d iuſſerit, emant, ſceleſte admodū facit debetq; ab hoc in honeſto lucro abſtinere, ſique inde damnū aliquod emergat, ægroto præſtare. Verum ſi Medicus hoc certum, & exploratum habeat ægrotis melius maiorique vtilitate & recētioribus vel minus prætij medicamētis in ſua Officina iri conſultū, vel ſi de aliarum integritate dubitat, nullam committit culpam, qud ſi forte

Marginalia: L. de cōp. med. loc. c. 8. — Aliquid leue in gratiā ęgrotantis etiā adhiberi poſſe. — In ter. 3. Cap. 175. — Contra sūpt facientes ægroto cauſa minoris lucri. — Cap. 33. — Cap. 2. — Ordinās med. maioris numeri ac ualoris ex cauſa iniuſta pec. mor. — Inutilibus ac nimiis ſumptibus non parcens, & ægrotos cogens adire ſuam aromatariam pec. Aſten. li. 6. ti. 4. — Vbi med. exc. — Si adductū ſit prohibitum, iuramēto firmatum, ſecus faciens p. mor.

tè Medico interdictum ſit lege Collegii vel Magiſtratus, aut maiorum præceptis, nè ſolus Officinam Medicamentariam, ne ue communem cum alio habeat in quam legem iurauerit, vel promiſerit eam obſeruare (nam memini me vidiſſe Decreta cuiuſdam Collegij medicorum in quibus hoc eis interdicebatur) omnino obligatur, ſi ſecus faciat, capitali delicto ſubderet ſe, ni fallor, ſi nulla afferatur cauſa, qua iure optimo excuſetur.

Pauper etiam ſine mercede curandus Medico eſt alioquin peccat ſæpe mor. æque ſi renuat Med. curare poſitam in extrema neceſſitate, & medicamentorum pro ægro prætium ſoluere ſi poteſt.
Cap. XXXIII.

Matth. 5. Deut. c. 6.

CRebrior eſt Miſericordiæ mentio in ſacris literis, quàm vt ſingula colligantur: certè Deus miſericordes beatos appellat, & eas miſericordiam cõſequuturos pollicetur in Euang. & alibi, *qui miſerebitur pauperis, beatus erit*, & *miſericordibus benedicit Deus*, & *miſericordia potior ſacrificio*, ſcribit D. Paul. & miſerendum in hilaritate, quæ virtus etiam poetis profanis & oratoribus laudata eſt. Ouid.

Prouer. 11.

Eph. 2. ad Rõ. 12.

Eleg. q. li. 2. de Pont.

Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis

& Dido Virgiliana ait,

Lib. 1. Aen. in fin.

Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

Lib. 6. c 10.

Et Cic. pro Ligar. *nulla re ad Deum homines propius accedunt, quàm ſalutem hominibus dando*, & Lactan. *non moremur periculis liberari ſi non ſuccurrimus, nec auxilium ſi negamus*, medicus autẽ ſiquiſquam alius artifex miſericordiam amplecti debet cum ad imaginem, ac ſimilitudinem

Pauperẽ ſine mercede curare medicum tenen...

litudinem cæleſtis Medici ſit creatus, e a re ſi ad curãdum egenum accerſatur libenter illi opitulari debet, quemadmodum Dominus præcipit; *declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & reſponde illi pacifice in miſericordia, nec te pigeat eum humaniter viſitare, ex his enim in dilectione firmaberis*. Quod etiam Hippocrates præcipuè habuit in præceptis, *ſi occaſio* (inquit) *ferendæ opis ſe obtulerit peregrino, atque egeno, maxime talibus opituleris: ſi enim affuerit erga homines amor, & erga artem aderit*, & Plato, *ſi egenis gratificandum eſt, maxime conuenit certè nõ ditiores, ſed pauperrimos iuuare*, ideò S. Hier. teſtatur nunquam ſe legiſſe turpi morte eſſe extinctum, qui libenter opera caritatis exercuerit, cum multos habeat interceſſores, & impoſſibile ſit multorum preces non exaudiri. Quod ſi Medicus vocatus vt pauperi Medicinam faciat, id ſine mercede facere negligat, culpam grauẽ committit, tenetur enim quaſi ex officio pauperibus ſuccurrere, ſcriptum eſt enim, *propter inopiam pauperis nè dimittas eum vacuum*, & à Menandro, *noli lucrum vſq; quaq; conſiderare*, pauperes enim ſemper exiſtimantur ad Deum pertinere, quod & ab Ethnicis factitatum eſſe legimus, ſicut Antonius de Patre ſuo fidem facit vbi ipſum loquentem ita inducit.

In Ecc. cap. 4.

Cap. 8.

Lib. Præcept.

In Phædro.

In ep. ad Nepotianum.

In Eccl. c. 29.

Gl. ſing. d. tit. de ſala S. Ant. in 3. par. tit. 7. Tirag. de nobi c. 29. nu. 24.

In epiſodio.

Obtuli opem cunctis poſcentibus artis inemptæ,
Officiumque meum cum pietate fuit.

Et quando medicus probabiliter exiſtimaret ægrotum, ſi non curetur eſſe moriturum, neque alius quiſquam ſit, qui aut medeatur, aut mercedem vllam ſoluat, nec ipſe vult mederi, ne ſibi precium ſoluatur, crimine mortali peccat, nam vt inquit Seneca, *qui ſuccurrere perituro poteſt, cum non ſuccurrit, occidit*. qui ſi extremam neceſſitatem patitur, non tenetur quidem ſubuenire gratuito, verum ab ea inopia ſubleuare illum mutuo

Vbi medicus pec. mor. egrotũ nõ curans.

In Prouer.

Q. ñ nõ teneatur poſito in vlt. neceſſitate ſuccurrere gratuito.

mutuo aliquid dando, vel operas ſuas locando dilata die mercedis, dum ad meliorem fortunam redigatur. Nauar. Immò Medicus debet medicamenta emere illis qui præ inopia non poſſunt, dummodò facultas illi ſuppetat, ſecundum d. gloſſam, quam duximus, & & Sanctum Antonium quibus aſſentire videtur Ecc. *per de pecuniam propter fratrem, & animum.* quod tamen intelligi debet quomodo expoſitum eſt à S. Thoma, quando ſcilicet ipſi ſibi ſuccurrere non poſſunt, nec affines, vel propinqui, nec alii adſint, qui commodius ſuccurrere poſſint. Nec ex officio Medicus tenetur ægrotos paupertate preſſos hoſtiatim quærere, ſed ſatis eſt, ut eis ſubueniat, quos fortè inuenerit, & a quibus vocatur iuxta S. Antonini ſententiam.

Vbi medicus tenetur ſoluere pretiũ medicam. pauperib. Num. 3. Cap. 2.

Nõ teneri medicum quærere ægrotos pauperes.

Sylueſt. q. 5.

Aegrotus diues mercedẽ medici ac pretium medicamentorum, & alia neceſſaria ſoluere nolens, curandus tamen eſt, & quibus caſibus à Medico pecc. ſumptus verò & merces poſſunt exigi poſtea, & ægroti etiam inuiti ſunt curandi.

Cap. XXXIIII.

Ex præcepto dilectionis proximi, quæ impletio legis dicitur, cum Deus velit, vnumquemque alterius res aduerſas ſecum partiri ac communicare & quo modo ſibi in huiuſmodi afflicta fortuna exiſtẽti opitulari alterũ optaret, ita ipſo alteri propter Deũ ſuccurrere ſtatuat, ſequitur nos debere quantum poſſumus aliorum calamitatibus ſubuenire, nihil enim eſt tam ſecũdum naturam ait Diuus Ambroſius, quã iuuare conſortem naturæ; proximum verò amore nõ proſe-

Paul. ad com. c. 13. Proximo ſuccurrendum eſſe in neceſſitatib.

proſequi cõuincimur, ſi eum neceſſitate aſtrictum, noſtræque opis egentem non ſubleuamus. Reperiuntur autem nonnulli homines diuites adeò auari, vt aliquãdo ægroti infeliciter mori malint, quam obolum, aut quadrantem pro ſua incolumitate erogare, quemadmodum legitur de quodã Hemocrate auaro apud Lucilum, qui moriens in teſtamẽto ſe ipſum heredem rerum ſuarum ſcripſit, decumbebat iſte ſordidus calculans, quantum à morbo liberatus ſibi dandum eſſet Medicis præmij, & quid in ſumeret ægrotando, vt autem inuenit vnicum ſibi reſtare denarium ſi conualeſceret, *præſtat mori* (inquit, & diriguit, ipſiuſque pecunias diſtruxerunt, ac diripuerũt hæredes. Idem etiam de Critone auaro recitatur, q̃ non puleggij odore, ſed numiſmate quodam dichalco ſeipſum reficiebat, cũ ſtomachus angeretur, ideò ſi Medicus iſtiuſmodi ægrotantes nactus fuerit aliquando, qui nec aliquid ſuæ ſalutis cauſa cœmere nec ſoluere mercedem nolint, eis ſubuenire non ſpernat, nec ſeminet, vt teſtatur Eccleſiaſt. *mala in ſiluis iniuſtitiæ, nec præuaricet in amicum*, pecuniam non porrigentem, ſed cum miſericordia, vt videt eſſe opus rem medicam tractet: hoc Dominus noſter nos admonuit *eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter celeſtis miſericors eſt*, & D. Paulus: *eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes*, &c. neque permittat ethnicum magis pietate pollere, quàm Chriſtianum: nam Hippocrates ſcribit. *Quare ego nunc, naturæ, ac Dijs obediens feſtino ægrotantẽ Democritũ ſanare, argentũ autẽ mihi venienti neq; natura neq; Deus promittere poterit, quare nec uos uiri abderitæ cogatis ſed liberæ artis opera libera eſſe ſinatis.* Quod ſi Medicus diuitem nolentem ſoluere mercedem curare recuſat iuxta gloſam ſuperiorẽ, letali crimini ſe ſubijcit, mortem enim languentibus

Auaritia ægrotantium aliquorum.

Hermocratis exemplum.

Critonis exẽplum.

Med. ęgrotos diuites mercedem ſoluere nolentes curare debeo.

Cap. 7.

Luce. c. 6.
Ephes. c. 4.

In epiſt. nõ abderitas.

In quo caſu med. pec. mor. diuitem nolentem ſoluere non curans.

pro-

probatur infligere, qui hanc cum poſſit, non exclu- dit: Quod de illo diuite intelligendum eſt, qui curari quidem uellet, ſed auaritia ductus Medicum nou uocat, cum tamen eius magnopere indigeat, auctor eſt Nauarrus, aut ex doctiſſimi Patris Fracarii ſententia ſententia inrerpretandum eſt, Medicum probabiliteri teneri potiſſimum ubi ex grauitate et augmento morbi iudicium diuitis eſt diminutum, cuius cauſa ipſe æger non admodum ſuæ mentis compos ignorat quid rationi ſit conſentaneum, quin uero eo caſu Medicus tenetur ſi ſit opus prætium medicamentorum, & cætera neceſſaria ſoluere potius de ſuo quam ſinere ægrum auxilio deſtitutum interire, modò non adſit alius Medicus, qui ei opitulari poſſit, aut uelit ſumptus illos facere, uti Sãctus Antonius Angelica, Syluester, & Armilla communi uoto ſentiunt, & quamuis *graue nimis* ſit (ut Caſſiodorus ſcribit) *vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius, & cui debetur pro ſedulitate præmium diſpendium patiatur iniuſtum, & malorum omnium præbetur extremum, vt inde quis cogatur detrimenta capere, vnde credebatur auxilia prouenire; moleſtiam pati ſine cauſa, pœna ſine culpa, damna ſine delictis*, attamen ut ipſe alibi teſtatur, *oleum pietatis, & miſerationis unguentum, quanto copioſius in fraternas neceſſitates effunditur; tantò donis potioribus augetur*, ideò impenſas neceſſarias libenter debet præſtare Medicus, & eò magis, ſi cum ægroti curationem ſuſciperet, teſtatus eſt, ſe non eſſe ſine mercede curaturum, & velle ſibi de omnibus impenſis ſatisfieri, adeo ut poſt mortem ægrotantis, vel poſt receptam ſanitatem poſſit mercedem & ſumptus, quos fecit exigere ab eo, vel hæredibus eius, vt doctè admodum ſtatuit ſpeculator, & patet in Canone, vbi multos bona præſtan-

In 55.1.di. 83. & c.paſce diſt. 86.

Loco citato.

Q̃ñ med. tenetur ſoluere p̃tiũ medicam. & alia neceſſaria.

Medicus poſſe ſumptus ac mercedem exigere ab ægroto, ut l hæred.

ſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, atque communis omnium opinio aſſirmat, Medicum poſſe & debere ægrotum etiam inuitum, ac repugnantem curare, curationiſque impenſam & mercedem repoſcere, cuius ſententiæ & Hippocratem fuiſſe patet in lib. Præcept. vbi ait, *medicus acuto morbo laborantes non debet de mercede præconturbare, ſed eſt melius ſeruatis exprobare, niſi mercedem reponant.*

De ſalariis lib. 1.55.4. & per tex. in c. & qui emendet. 45 diſt. d. c. ipſa pietas. d. Glo ſ. 83. diſt. Aegrum inuitum curandũ eſſe & neceſſaria prouidenda a medico.

Detrahens alijs peritis mala intentione vel maledicētia graue damnum eis inferens peccat grauiter, damnumque ac famam, ſi poteſt reſtituere tenetur. Cap. XXXV.

PRobi Medici, teſte Hippocrate, ſunt ad ſui ſimiles ſolertes familiares, affabiles, temperati à ſeditionibus, & diſcordijs adhorentes, ad tacendum animo obfirmato, neminem bonum laceſſentes, non iactabundi, vt qui ſibi gloriam, & inter homines memoriam comparare ambitioſe ſtudeant, minus verò æmulatione vitioſa, quæ riualium ſimilis eſt, æmulentur, ſed eorum æmulatio ſit honeſta, qua vt reliqui ad conſequenda eadem bona ſe parent, concitentur, hoc eodem modò medicorum ueterũ ſtudia, & ęmulationis honeſtæ in eo erant, vt videlicet inuentorum præſtantia ac multitudine ſe ſc inuicem ſuperarent, ita teſtificatur Gal. eos hoc animo ſemper fuiſſe, & cõtrario improbi, & iniurioſi Medici alijs detrahunt, & ex aliorum vituperatione vertẽtes eis vitio quidquid agant, ſe laudabiles videri volunt alienam doctrinam & remedia carpendo, ſuam qualiſcunq; ſit, extollũt, inuident, damnãt, villicant, & tamquam alteri Aſcle-

Lib. de decent. ornat.

Bonos medicos aliis nõ æmulari nec detrahere.

1. Meth. med.

Malos medic' cæteris inuidere, ac detrahere.

piades odioſè & iracundè iubent, ſi qua remedia ante ipſos Medicus adhibuit, repudiari, & ſi non adhibuerit, tunc probant eadem tanquam legitima, ſeque iactant, fore vt hæc alijs adhibentibus noceant, ipſis verò adhibentibus iuuent. At verò quod turpius detractare? Quid magis contra pietatem, & religionem? quid bonis moribus magis auerſum? *abominatio enim Domine eſt labia mendacia*, inquit ſapiens, cũ quibus non eſſe verſandum pluribus in locis ſuadet, quoniam ex D. Hieronymo repentè venit perditio tã eius qui detrahit, quam eius, qui accommodat aurem detractioni, quare Eccl. ſerpenti detractorem comparat, *ſi mordeat* (inquit) *ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit*, quem locum S. Hieronymus explicans, ait, *ſerpens, & detractor æquales ſunt, quemadmodum enim ille mordens venenum infert, ſic iſte detrahens, pectoris ſui virtus in fratrem effundit, vt mali nihil habeatur amplius à ſerpente.* ideò admirari & memoria tenere debemus id quod Cicero, *detrahere*, (inquit) *aliquid alteri, et hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt cõtra naturam quam mors, quam dolor, & quam cætera, quæ poſ ſũt aut corpori, vel rebus externis accidere*, propterea fit, vt *detractores Deo ſint odio, neque regnum Dei poſſidere poſſint*, vt aſſerit Diuus Paulus. Quod ſi turpis, ac damnoſa eſt detractio, quid turpius, ac damnoſius Inuidia? Qua horribilius monſtrum, attrotior culpa, pæna capitalior excogitari nulla poteſt, hæc enim eſt errantis cęcitatis abyſſus, humanæ mentis infernus, contentionis ſtimulus, corruptionis aculeus; qui ſunt inuidiæ motus, niſi peruerſi, & corrupti indicij obtrectationes humanæ tranquillitatis hoſtes, mundanæ tentationis ſatellites, animi laborantis tanquam maris æſtuantis vigiles, piratæ alienæ fœlicitatis excubiæ, vel inſidiæ

Detractoris vitup.
Prouer. c. 12.
Epiſt. 34.
Cap. 10.
In officiis.
Ad Romanos.
1. Corinth. c. 6.
Inuidia damnatur.

potius ad apertum latrocinium occultiſſimæ, vt Auguſt. Sanctus dixerit, Inuidiam eſſe diabolicum vitiũ quo ſolo diabolus eſt reus & inexplicabilis reus: *nihilominus demon inuidiat quidem ſed hominibus*, ait S. Petrus Chryoſologus Immolenſis, *nulli verò demoni, homo verò hominibus inuidet non demoni, vel alteri creaturæ*, quomodo ergo veniam conſequetur? Idcirco Medicus, qui detrahit cæteris Medicis peritis, & bonis malæ æmulationis, & inuidiæ cauſa obtrectat, aut ne ipſi vocentur ad curationes ſe relicto, vel aliud graue damnum ijs infert, lætale omnino peccatum admittit, teneturque damna ſcienter & certò data, & famam reſtituere. S. Anto. Nauarrus ita affirmant, *ſi tamen ignorat ſe damnum dediſſe, illud reficere nequit; in ſimili enim caſu difficillimum eſt id ſcire.* Caueant itaque, ac deteſtẽtur pro viribus Medici hoc inuidię monſtrum, ne cum ad aliorum vitia è corporibus expellenda incumbũt, animam ſuam letali morbo inficiant, *ulcus enim animæ inuidiæ appellauit*, Socrates, & Euripides, dixit, *morboborum omnium quib. capiuntur homines eſſe multò maximũ*, pro cuius expulſione nedum curatione, vtinam omnes Medici Sanctis, & ſalubribus potionibus & pharmacis aptis ad hunc morbum exterminandum conuenirent, & laborarent.

Lib. de doct. Chriſt.

In ſer. 3. de filio prodigo.

Detrahẽs aliis vel graue dãnum inferens. pecc. mor.

Par. 3. tit. 7. C. 2. ff. 6. C. 25. in fine.

Exhortat o ad vitandum inuidiam.

Aegrotantes libidinosè, ac malo conſilio, aut mente contrectans peccat. *Cap. XXXVI.*

QVemadmodum Geometræ, & arithmetici ita de quantitate tractant, vt abſtrahant eam à materia ſenſibili, ſolos numeros & figuras ſine vllo materiæ reſpectu conſiderantes, ſic chriſtiani Medici

Medicus in cõtrectãdis egrotis honeſtè & caſte ſe gerat.

in contrectandis corporibus ægrotantium, ita ſolum officium ſuum cum Dei voluntate copulatum et ęgrotantium vtilitatem aduertere, & attendere debent, vt inter medēdum nihil noxiæ, ac libidinoſæ cogitationis admiſceant. Nam ſi cui poculum vini dulcis ſordidata aliqua teſta exceptum, & propterea muſci plenū offeras, recuſabit licet ſitiens planè bibere illa ſorde offenſus, ita actiones noſtræ, quæ Deo perinde ac potiones offeruntur, gratæ illi eſſe non poſſunt, quando eas Luxuriæ labe, ac nota maculamus: Hinc illud. *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.* quod allegoricos dictū ſignificat, ſuauiter fragrantia ꝑ ſe virtutum opera Luxu ac nequitia hominum fædari atque corrumpi. Et quamuis valde laborioſum ſit, vt ait D. Greg. virtutem cuſtodiri ne aliquo ſcelere labefactetur, nè ve in bonis actibus inchoatis homo labilis per intentionem titubet, & in rectis operibus ſiniſtra prauaque cogitatio illudat, & à recto tramite conetur nos auertere, Deus tamen miſericors petentibus cōtinentiæ gratiam nō denegat, vt cohibere poſſint duci ratione cupiditatem & appetitum ferentem ad turpia neſcio q̃ oblectamēta, & ad illecebras voluptates, quæ hominem à ratione auocant, belluiſque ſimillimum reddunt. Hinc eſt quòd Medicus dum contrectat arterias, vel alias partes ægrotantium mulierum, vel mollium adoleſcentium ſi dedita opera ad delectionem libidinoſam percipiēdum honeſtatis limites egrediatur mortalis criminis nota inuritur: nam ſicut iniquum eſt auiditate poſſidendi ſuorum tranſgredi limites agrorum, acque non licet libidine Luxuriandi ſubuertere quaſi limites morum. Ideò D. Paul. dixit, *immunditiam, & impudicitiam agentes, regnum Dei non conſequuntur*, & ad Rom. *ſi ſecundum carnem uixeritis morie-*

In malis cogitationib. Deū præſtare auxilium ne homo cadat.

Moral. 10.

Libidinoſæ ægrotantes tangens pec. mor.

Caiet in verbo, in pudicitia.

Ad galatas. c. 5.

Cap. 8.

moriemini. Quæſo igitur nolint Medici nomen Chriſtiani ac pii Medici operibus hiſce libidinoſis commaculare, norunt enim optimè Chriſtiana, & Medica humanaq; lege talia fęda ſibi eſſe ĩterdicta, & quis ignorat ſcriptum eſſe diuinitus, *non mœchaberis*, & illud, *qui autem viderit mulierem ad concupiſcendum eam eam mœchatus eſt*, at quantò magis qui preſſerit vitioſe, & uoluntate praua ac libidinoſæ tractauerit, mœchatus erit? ſcribit Diuus Auguſtinus, *ſi cui etiam non contingat copia cabandi cum muliere aliena, ſi tamen planum ſit eum aliquo modo cupere licet poteſtas non detur, eſſe peccatum, nec minus reum eſſe, quàm ſi in ipſo facto deprahenderetur.* Aeque lex Medico extat, quod Hippocratem qui ſibi, & medicis continentiæ præceptum ſtatuit obſeruandum, *In quaſcunque* (inquit) *domos ingrediar ob utilitatem ægrotantium intrabo, ab omnique iniuria voluntaria inferenda, & corruptione cum quauis alia tum præſertim operum uenereorum abſtinebo, ſiue muliebria ſiue virilia liberorum ue hominum, aut ſeruorum corpora mihi contigerint curanda.* Pro lege humana aut morali, quæ ſcilicet quemque virum bonum deceat, ſuppleat auctoritas Ciceronis, *qui nihil* (inquit) *turpe faciendum eſt bono viro, etiam ſi ex omni parte lateat*, & paulo poſt, *ſi omnes Deos homineſque celare poſſemus, ſciamus tamen nihil nobis iniuſte nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum; Sapientis enim proprium eſt, nihil cuius pænitere poſſit facere nihil iniuſte, ſed conſtanter grauiter, & honeſte omnia.* Horatius vero ſcribit.

Libidinoſas actiones tres leges prohibere.

Lex diuina. Exod.c. 20. Matth.c. 5. De libero Ar. De pen. diſt. 1. Ca p. 51. cui.

Lex medica.

In iureiur. Hippocratis.

Lexhumana. Lib. 3. offi.

L. 1, Saty. 2.

Deſine Matronas ſectarier, vnde laboris
Plus haurire mali eſt, quàm ex re decerpere fructus.

Et

6. de nat. ani. c. 15. Et quoniam *commune eſt*, inquit Ariſt. *omnium animalium aut cupidine voluntateque rei Venereæ maxime æſtuēt, atque incitentur*, ſi quis Medicus eſſet libidini ita pronus, & procliuis, vt facilè ad concubitum ex contrectatione irritetur, & carnis, vel mulieroſitatis profluētiam compeſcere minimè poſſit, conſilium Diui Pauli amplectatur, qui dixit, *quod ſi non continet, nubant, melius enim eſt nubere, quàm vri*, & ea remedia, quibus ſeminis copiā minuere poſſit, adhibeat parco, & ſobrio, victu, & auxilijs Eccleſiaſticis ac diuinis ſe muniat. Quod ſi his conditionibus & modis nihil proficiat, & quotidie velut agitato, ac turbato mari imbecillis fluidæ carnis fluctuet atque periclitetur, medici officia mulieribus, vel alijs quibuſcunque, quorum occaſione præceps ruat, deinceps non præſtet, vel artem Medicam omnino deſerat, quia vt Ariſt. ait *magis eſt eligēdum benè agere, quam agere, & magis eligenda eſt uoluntas ſine actione, quàm actio ſine bona uoluntate*, & vt ſcribitur in ſacratiſſ. Euang. quod omnibus quidem, ſed Chriſtiano Medico valde eſt conſiderandum. *Quid proderit homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur, aut quid homo commutationis dabit pro anima ſua?*

Remedia pro pecc. carnali. cuitan. medico neceſſaria.

2. Corinth.

2. Piorum.

5. Marc. c. 8.

Medicus adhibens ſibi ſocium in curationibus Iudæum, vel alius ad medendum aduocans, vel medicamenta ab eis accipiens exceptis quibuſdam caſib. peccat. Cap. XXXVII.

Infedeliū conuerſationē eſſe fugienda. Num. c. 16.

ETHnicorum familiaritas, & cōſuetudo quam noxia, quàm ad pericula procliuis, & ideò deteſtā

da

da ſit, non ſolum ſacræ literæ ac Sancti Patres, verum, & ſapientes antiqui apertè docent, edixit enim Moyſes ad turbam filiorum Iſrael, *recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* & Regius Propheta, *cum ſancto ſanctus eris, & cum Innocente Innocens eris, & cum peruerſo peruerteris.* Itemque S. Paulus ad huiuſmodi hominum ſceleſtorum vitandã coniunctionem præclara vſus eſt ſimilitudiue, *neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? propterea nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fidelium cum infideli? vel qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit.* Quare & Diuus Chryſoſtomus ait, *rerum natura ſic ſe habet, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus melior fiat, ſed ex malo bonus contaminetur, varia enim & diſpar rerum condicio nunquam poteſt ad concordiam adduci, & multos ſolicitat, & alio aufert ſocietas nefanda.* & Sanctus Iſidorus, *ante ignem conſiſtens, etiam ſi ferreus ſit aliquando ex candeſcet proximuſque periculo, diu tritus non erit; per conſuetudinis aſſiduitatem, cito homo peccat, ſæpe familiaritas implicauit, ſæpe occaſionem peccandi dedit, ſæpe quod uoluntas non potuit aſſiduitas ſuperauit,* Sapientis Menandri fuit dictum, *ſi cum malis conſuetudinem habeas, & ipſe talis euaſurus es,* eo quia facillime corrumpunt bonos mores conſuetudines malæ, & Nillus quoque, *probi viri* (inquit) *ad improbos accedentes multò facilius inde uitia contrahunt, quàm boni quidquam illis impartiantur,* quibus & Iuuenalis ſententiam addere placeat.

Pſal. 17. Ad Corinth. 5. 2. Corinth. 6. Matth. L. 2. Solilog. Saty. 2.

Dedit hæc contagio labem
Et debet in plures; ſicut grex totus in agris

Vnius

Vnius ſcabiæ cadit, & preuigine Porci:
Vuaque contactu liuorem ducit ab uua.

Vocantes iudeos in curationib. vel medicamenta accipientes peccant mor.

Propterea qui ſibi ſocios in curationibus hæbreos Medicos quique eos ad ſe curandum accerſunt, ſeu Medicamenta ab eis accipiunt, peccatum morte dignum committunt immò hoc interdicitur ſub anatematis pœna, quoniam Iudæi maxima damna afferre poſſunt, quippe cum potius inſidientur Chriſtianis, quàm ſalutis eorum curam gerant, ea propter valde ab ipſis cauere debent, ac eorum fidei ſe ipſos nunquam credere. Eſt enim gens illa fallaciis ac dolis cõtra nos inſtructa magis, vt nobis incommodet, quã ut obſequatur, nunquam ſinceri erga nos animi, nunquam apertæ voluntatis, & cum inter ſe loquuntur infideles ſemper nos carpunt, & vellicant, nedum de noſtris commodis cogitent, ac præter præceptum Canonum, Paulus Quartus expreſsè prohibet, id quòd Pius Quintus confirmauit, proxime etiam Greg. xiij. qui declarans, & amplificans ea quæ à ſuperioribus Pontificibus contra hebræos ſancita fuerunt. *Vniuerſis* (inquit) *vtriuſque ſexus fidelibus ſtricte inhibemus & interdicimus ne poſt hac Iudeos, vel alios infideles ad ipſorum Chriſtianorum ægrotantium curam uocent, ſeu admittant aut uocare admittiuè faciant, concedant, vel permittant, & ſi quis aduerſus illa facere auſus fuerit ſacramenta eccleſiaſtica nullatenus ei miniſtrentur, & ſic decedens careat ſepoltura.* Attamen quandoque a lethali peccato vindicabitur, ſi neceſſitas cogat eos vocare, vbi videlicet chriſtiani Medici deſint, ſeu nõ ſatis apti & poſiti ſint ad illius morbi curationem, modò deuitetur eorum conſuetudo et nimia familiaritas, & præcepti contemptus abſit, atque ita cenſent Vgo, Archiepiſcopus, Syluester, & Armilla, quamuis Caietanus rem totam nimis amplificet,

S. Antonin. C. 2. ſſ. 4.

Diſt. 28. q. 1. null. & de ca. omnes. ſpecu. de mod. gen. Cor. n. 6. Gl. in c. ex ſpeciali de Iud. c. no. Ancara. in c. cũ tit. eo. tit. Tab. Ver. med. 65. 16. n. 17. Rip. ĩ ult. par. nu. 95.

Prouerb. 25. Conſt. 5. cũ nimis abſurdũ.

Cõſt. 6. remã ſ. Pontifex.

Cõſt. 71. præ memoriæ. In quib. caſib. Iudei poſſint uocari ad curationes.

Exceptio vel declaratio Caietani improbatur.

cet,eos etiam excuſando, qui ſola inconſiderantia ammoto contemptu admiſerint,ac vocauerint, aut alia quapiam iuſta de cauſa ſaltem Iudicio eorum, qui talia parui ducunt. Verum vigentibus horum Pōtificum conſtitutionibus præſertim Greg.xxiij.opinio Caietani omnino reijcienda eſt, cum nimis abſurdū ſit præter eorum præſcriptum velle agere, & maiorē quam par ſit licentiam aſſumere; Veruntamen gloſſa in d.c.nullus tenet Chriſtianum hominem poſſe Medicinalia ab hæbreis emere & alijs præparāda tradere. Ad Angelica apertè dicit,non licere medicamēta ab hebræis parata mercari, in quo arguitur à Sylueſtro,quaſi ſine certa ratione id dixerit, *cum non poſſit*, (inquit) *ratio reddi,cur magis Medicinalia, quam aliæ res prohibeantur,& eò magis quòd Canon non prohibet emere ab hebræis*. Attamen vt partes Angelicæ tueamur dicendum videretur eam ſic intellexiſſe, cum hebræi ſint Chriſto, & Chriſti Sectatores,hoſtes accerrimi, ſemperque eorum ſaluti inſidias,ac dolos ſtruant,periculoſum eſſe accipere ab eis Medicamēta, & præſertim quę ipſi cōcinnarunt,ſi quidem poſſunt ea adulterare corrumpere,atque adeò immiſcere venena, quæ poteſtatem ſuam poſt aliquod tempus exerceāt, vel inſtrumenta malefica, incantationes, & alia id genus addere cum inſigni iactura, maximaque pernicie, Iudei enim (ut dictum eſt) omnium ſcelerum artifices fraudis ac doli architecti colunt maximè execrandas artes ſortilegiorum,incātationum, & magicarum ſuperſtitionum,vt eſt videre in conſt.Pii Quinti: nam & Medicus Iudæus olim Imperatorem quendam ueneno interfecit.

An Medicinalia à Iudæis recipi nel emi poſſint. An.c.de iudic. l.nemo.

Opinio Angelicæ &eius defenſio.

Quot mala hebræi poſſint facere in medicamentis.

Iudęorum uitia ac doli deteguntur.

Tiraq.d.c.31. ſub.u.432.

Medicus, vel Tonſor cum Iuramento referens falſum Iudici de aliquo morbo peccat. Cap. XXXVIII.

Medicus ſemper uera loqui debet.

Lib. de decenti ornat.

Lib. quod. opt. med. ideo ſit & philo. c. 7.

L. de atra bile.

In dia. decep.

L. de legib.

Mēdacium fugiendum.

1. Rethor. c. 1.

QVi Medici nomen verè conſequi ſtudet ad demonſtrandam veritatem ardentem & erectū eſſe debere ait Hippocrates, qui cum ſobrietatem in Medico plurimum laudaſſet, huic ſociam, quam perpetuò coleret, veritatem adiunxit, & Galenus eius amantiſſimus interpres & affectator Hippocratem honeſtum ac bonum virum fuiſſe ſcribit, eo quòd nō honoris nec gloriæ ſed amator veritatis extiterit, quod fortaſſe apud Platonem legerat eum honeſtum bonūque natura fore, cuius dux in primis eſſet, ſic veritas quam omnino, ac paſſim ſeruandam eſſe, vt nihil magis exiſtimet. Hanc virtutem idem philoſophus alibi adeò extulit, vt ipſam cum Diis tū hominibus bonorum omnium fontem, caput, originem, & cauſam eſſe fateretur, neminemque ad illam felicitatem, quæ in ſummo bono completur, ac cōquieſcit euadere poſſe, niſi veritatis in primis eſſet ſectator, & comes: ea propter Sophocles ad eam amplectēdam ſic hortabatur, *loquaris ſemper vera, nec unquam dubites, Mortalium nemo ob id decipiet te: nam iuſta lingua robur immenſum habet*, & Menander in Nannis, *Adſit autem ueritas, tibi ac mihi Res omnium iuſtiſſima veritas cælicola eſt Et ſola fruitur conuictu Deorum.* Si itaque bono Medico veritatis conuenit eſſe ſtudioſiſſimo; certè huius virtutis contraria vanitas & mendacium odio proſequi perpetuò neceſſe erit: quando quidē homines ad veritatem propriè, & præcipuè nati ſint, teſte Ariſtotele: fal-

lacia

lacia verò & dolus ut veritati ſic naturę hominũ aduerſatur, vt merito D. Aug. ſcripſerit Deum Patrem genuiſſe filium veritatem; Diabolum vero lapſum genuiſſe quaſi filium mendacium, quod cum pateat eſſe uitandum, & longè magis periurium, cum ſit mẽdacium iuramento confirmatum ex ſententia Magiſtri ſent. & S. Bonauent. & etiam Angelici Doctoris, erit deteſtabile, & fugiendum, immò & deterius mẽdacio eſt, mortaleque in primis peccatum, quod fallaciter iurando Deus in Teſtem mendacij adhibeatur, cuius pæna diuina exitium humana dedecus eſt futurum. Ideò ſi medicus vel Tonſor interpoſito iuramento falſum renunciauit Iudici interroganti iuxta firmam vel ordinem iuris de morbo, vel aliquo vulnere ſciens vel exiſtimans eſſe falſum, & à veritate alienũ id quod teſtificatur, vel vt ægrotantem è carceribus eximeret, velut eius ſeu cuiuſpiam alterius rem familiarem, ſalutem, vitamque tueretur, vel ob aliã quam libet vtilitatem, vel rationem ſpecie boni, & honeſti, capitale peccatum admittit, & periurij fit reus, vulgare enim eſt: *facienda non eſſe mala, vt inde eueniant bona*, & Lygurgi fuit lex *eatenus amicis, & familiaribus auxiliandum eſſe, quatenus periurium non admittatur*, & *amicũ eſſe ſed vſque ad oras*. Nemo enim debet pro tuendo corpore vel re familiari alterius, aut etiam ſuæ conſeruãdæ cauſa animam ſuam perdere, & ne minima quidẽ labe conſpergere, immò ratione tuendæ veritatis etiam mortem ipſamſi ſit opus ſubire ſit paratiſſimus, *bonorum enim mens*, vt ſcribit Sanctus Gregorius, *quò duriora pro veritate tollerat, eò in æternitatis præmia certius ſperat*, Si autem peierans ſuo mendacio alicui graue intulit damnum, illud præſtare debet, vt elicitur ex Sancto Thoma, & à S. Bonauent. qui docent periu-

[Margin notes: Super Ioa. — Periuriũ quid ſit. In li. 3. d. 39. Sec. 2. q. art. 5. — Quacunque ex cauſa piuriũ mor. ecc. — In x. Moral. — Periurans reficere damna data debet. — 2. 2. q. q. — In 3. ſent. diſt. 39. q. 3.]

rium prohiberi lege naturali, Diuina, Canonica, & Ciuili, naturali quoniam, vt ſcribit Ariſt. *linguam habemus, ut mentē ſignificemus*, & Plato in Thimęo, *propter hoc nobis datus eſt ſermo, ut præſto forent uoluntatis indicia*. Periurius igitur aliter ſentiens animo, aliter lingua explicās proximum improbiſſime fraudat, quia peierando in eum infidus eſt, lege etiam diuina tam ueteris, quàm noui teſtamenti Periurium prohibetur, quia ſcriptum eſt, *non aſſumens nomen Dei tui in vanum & non peierabis in momine meo*, & in nouo teſtamento habemus, *nolite iurare omnino, neque per cælum, &c.* lege canonica, & ciuili quoque prohibetur, & ita cēſent Archiepiſcopus, Nauarrus, & omnes alij theologiæ Doctores.

Periūriū prohibet. ab omni lege.
L.3. de anima.
Naturalis lex.
Lex Diuina.
Exod. c. 20.
Leuit. c. 19.
Matth. c. 5.
Lex canonica & ciuilis.
2.2. q.4. per totum, extra đ iureinran. & cap. Chriſtus.

Decreta Medicorum iuramento firmata, non ſeruans peccat, & de tribus conditionibus Iuramenti. Cap. XXXIX.

HIppocratem, cuius vſquequaque mentionem facimus virum arte, & prudentia penè diuinū cū honeſta ac vtilia Iureiurando ac cōteſtatione quadam initio ſuorum librorum ſeruare pollicitus fuerit, ea ad vnguem obſeruaſſe Soranus in explicatione eorum, quæ ab eo geſta ſunt, teſtatum reliquit, ad cuius exemplar Medici quoque ea quæ pro publica vtilitate edita ſunt decreta, ſeruare debent, quod ſi quis impudenter leges medicorum præſertim, quas iurauit obſeruare, violat, toties peccatum gehæna dignū admittit, quoties tranſgreditur, fitque pe riurus, ſcriptū eſt enim in Euangelio, *non periurabis reddes autem Domino, iuramenta tua modò ſita illa bona honeſtaque ſint*, nam

Et. ff. de iureiuran. l. iuſiurādum.
In 2. tit. x. ca. 7. nu. 2. c. 12.
Decreta utilia ac honeſta ſeruanda.
Statuta iurata non obſeruās pecc. mor.
Matth. 5.
C. uult. de pec.

nam alioqui obſeruare non tenetur, At cum ad perfe-ctioné, & integritaté iuramenti tria requirãtur ſecundum diui Hieronymi ſententiam, & Canonum, & Diui Thomæ. Veritas ſcilicet Iuſtitia & Iudicium, quare Ierem. *Iurabis viuit Dominus in ueritate, iudicio, et iuſtitia*, veritas meritò ſibi primas vindicat, vt ſemper ſciat iurans certò verum eſſe, quod iurat, deinde adhibendum eſt iudicium, ideſt diuturna meditatio & accurata deliberatio, vt videlicet non iuret etiam uerum niſi accerſitus, propter neceſſitatem. & vtilitatem, & S. Thomas dicit requiri iudicium ideſt cum diſcretione, & deliberatione, ne iurando ſe periculo falſitatis exponat, poſtremo eſt attendenda, quę fidei connexa, & copulata eſt iuſtitia, vt quod iuratur licitum ſit ac honeſtum, quæ tria ſi aderunt, impunè certè licebit cuilibet iurare, vt patet in multis eiuſdem Sancti capitibus, Animaduertendum tamen eſſe monet S. Antoninus, quod cum quis iurat ſeruaturum ſe decreta alicuius Communis, vel Collegij, ſi qua ſunt abrogata per contrariam conſuetudinem, quæ iuſta ſit ac præſcripta, non videtur ad ea teneri, iam enim non habent amplius vim ſtatuti & in Canone etiam ſcriptũ eſt, quod *leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantur autem cum moribus vtentium approbantur.*

Iuramentum tres conditiones habere debet.
Sup. Hier. c. 1.

2. 2. q. 1. iurabunt. & q. 2. animaduert. & 4. Innoc. & extra Iureiur. c. ſi chriſtus 2. 2. q. 89. art. 1.

Verũ ſit quod iuretur.

Iuretur propter neceſſ. & utilitatem.

22. q. 3. ita ergo.

Iuretur quod Iuſtum eſt.
Vt in d. c. ita ergo.

Septa Monalium ingrediens Medicus ſine licentia vel cum licentia abſque neceſſitate, aut alia cauſa non explicita peccat & excommunicatur cuius abſolutio papæ reſeruatur. Cap. XXXX.

SI Medicus vbicunque verſabitur ſe integrum, probumque virum, & tradit Hippocrates, & con tinen-

2. 2. q. 1.
In par. 2. tex. 2. c. 6. ff. 6.
Ad leges ꝑ cõſuetudinẽ abrogatas nõ teneri.
Vt in c. ſen. de conſuet.
D. 4. ff. leges.

Lib. de decen. ornat.

tinentem probabit, mandatis eorum, qui Rempubl. Chriſtianam moderantur parere, & ſacrorum Conciliorum decreta ſeruare non recuſabit, notum eſt illud Apoſtoli; *omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit*, & Apoſtolorum Princeps, *ſubditi* (inquit) *eſtote cuius creaturæ propter Dominum ſiue Regi*, tamque præcellenti ſiuè præſidibus, vt qui per eum mittuntur, vt ad uindictam quidem nocentium, laudem verò rectè agentium: Obedientia ſola virtus eſt, vt teſtatur D. Greg. quæ in animum cæteras virtutes includit, vicimis & ſacrificijs longe ſemper apud ſacras literas antecelluit, cum per victimas aliena caro, per obedientiam uero propria voluntas mactaretur. Ideo D. Auguſt. ait, *non potuit Deus perfectius demonſtrare quantum ſit bonum obedientiæ niſi cum prohibuit nos ijs rebus, quæ ne incommodæ quidem fuiſſent*, de qua ſi philoſophos rogemus, Xenophon ſcribit, *nos quæcunque habemus bona adeptos fuiſſe potiſſimum ob præſtitam obedientiam Principi*. Itaque Decreta, Conſilia, & ſanctorum Principum, & Epiſcoporum Traditiones ſeruare, vt oportet maximum certè futurarum eſt bonum. Quod ſi Medicus his neglectis, vel negligentius ignoratis, & ſalute animæ ſuæ poſthabita ſepta Monitium ingrediatur medendi, aut alterius rei cauſa inconſulto, & inſciente Epiſcopo, vel Superiore, qui Monialium gubernationi præeſt, mor. peccat. ob conſtitutionem Bonif. Octaui, & præter peccatum mortale incidit in Excommunicatioñe Conc. Tridentini, vbi ita decernitur; *Ingredi autem ſepta monaſterij nemini liceat cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine Epiſcopi vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, dare autem tantum Epiſcopus vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſ-*

Medicus decretis Patrum ac non ciborum obediant.

Ad Rom. c. 13.

1. Pet. ep. 1. c. 2.

Obedietię breue encomiū. Moral. x.

Super pſal.

Lib. 8. pędalogiæ Ciri.

Ingrediens ſepta monialiū ſine licentia p. mor. & in ex communit. incidit.

Vt ĩ c. periculoſo de ſtat. reg. c. 6.
Seſ. 25. c. 5.

neceſſarijs neque alijs vllo modò poſſit. Quod ſi Medico poteſtas fuerit facta ingrediendi huiuſmodi ſacra ſepta ad medendum, ingrediatur autem neceſſitate non cogente, aut alia de cauſa, quam vt medeatur in ſcripto ſuperioris non expreſſa, lethalem culpā admittit, & excommunicationis cenſura connectitur, vt eſt videre in conſtit. Greg. XIII. in qua cum à ſacrarum Virginum clauſtris penetrandis omnes arceat, anathema ſancit ab illis illico incurrendum, qui contra quàm iubeat, fecerint, & ab his etiam, qui prætexta, & ſimulatione obtentæ facultatis à præfectis audebunt ſuo arbitratu, temere illuc cum non ſit neceſſe commeare. Huius autem delicti abſolutionem, quamuis Epiſcopi in ſuis Directibus ſibi aſſumere conſueuerint ipſi tamen ſummo pōtifici reſeruatam eſſe credimus, vt Conſtitut. eas legentibus apertè conſtabit.

Ingrediens ſepta monialiū ſine neceſſitate, uel alia cauſa non conceſſa peccat.

ut ſupra.

Vbi gratiæ. Caſus hui⁹ abſolutio Papæ reſeruatur.

Anatomen exercens in corpore humano ſine licentia peccat. *Cap. XXXXI.*

MEdicæ diſciplinæ cum plures ſint partes ī quibus Medicum oportet ſedulam operam nauare, una tamen inter cæteras præcipua videtur eſſe Anatome, ſine cuius abſoluta cognitione fruſtra aut ſanitatem tueri, aut morbos profligare Medicus contēdit, quid enim ei magis neceſſarium, quàm ſingularū partium ſubſtantiam, magnitudinem, numerum figuram, ſitum, & vſum cognoſcere? quorum ignoratione ut hoc vnum tātum referam, aut ſecto neruo, aut muſculo, vel arteria eius membri, quod curandum eſt, ſenſum nonnunquam uel motum, ſæpe vtrunque aboleri contingat, & quod eſt deterius, ſæpiſſime mors repen-

Vtilitas ac Præſtātia Anathomes.

repentina ſequatur. Anatomes cognitionem tanti fecerunt Priſci illi Medici, vt tanquam rem ſacram aliquibus dumtaxat egregijs viris demonſtrandam curarint, ſcriptis verò eius cognitionem tradere nefas duxerint, ita Democritum alioſque plurimos Anatomicæ diſciplinæ eruditos euaſiſſe legere eſt, quàm à nullo veterum vſque ad Dioclis ætatem literis mandatam fuiſſe teſtatur Gal. Hanc verò ſcientiam antiquiores Medicos in corporibus humanis didiciſſe tradit Ruffus Epheſius, ac auctor libri de natura, & ordine vniuſcuiuſque corporis, ille enim *quomodo interiora* (inquit) *appellanda ſint, animal quodpiam homini quam ſimillimum diſſecantes inſtruere te conabimur*. Verum priſcis temporibus in humanis corporibus generoſius oſtendebant, maioribus enim noſtris Apollini, Hippocrati, & cæteris placuit, mortuorum hominum viſcera ſcrutari ad hanc ſcientiam liquidius conſequendam, hoc autem facere nobis ipſa humanitas prohibet ideo poſteriores medici & præſertim Galeni tempore Anatomen exercuerunt in eorum animalium corporibus, quæ homini ſimillima ſint, ſaltem quatenus ſpectat ad interiores partes, vt ſunt Simia, Cynocephali, Vrs⁹, Leones, Canes, mures, feles, ſues, eq., & Boues, vt patet ex eodem Gal. eo quod rem inhumanam ac crudelem eſſe exiſtimauerint, humana corpora contrucidare, & lege prohibitum fuerit, ſicut & nobis de iure canonico interdicitur, ea propter Gal. ſcribit, in Simię corpore ob ſimilitudinem quam cum homine habet exercitationem Anotomicam ſibi fore ſtatuiſſe, quamuis Ariſtoteles alia ratione diſſecanda eſſe brutorum corpora potius quàm humana arbitratus ſit eo, quòd longè melius interiora poſſunt inſpici in bruto, quàm in homine. Cum itaque nobis ſecare huma-

In lib. 2. de anat. admin.

Antiquiores Anatom. exercuiſſe in corporibus hum. poſteriores uero in brutis.

Lib. de corp. hum. pa. appellat. c. 2.

Animalia in interioribus homini ſimilia.

Lib. 6. de anatom. admin. c. 1. & 3.

Cap. 14.

In lib. de mnſ. diſſecb. c. 2.

Et 1. de adminis anat.

In 1. de hiſt. animal. c. 86.

humana corpora ex decreto Bonifacij Octaui prohibitum ſit, quiſquis Cadauer humanum in fruſta incidit, uel exenterat, aut decoquit, vel Anatomen exercet, carnem ab oſſibus ſeiungendo, vel excoriando, iniquitatem æterno incendio dignam committit. Et quamuis in conſtitutione illa Pontifex videatur interdixiſſe cadauerum decoctionem, ſectionem, & carnium ſeparationem ab oſſibus, nè ſcilicet oſſa ipſa ad longinqua loca ſepeliantur, & pœnam Anathematis ſecus facientibus appoſuerit, tamen ratione publicæ vtilitatis prohibitam eſſe Anatomen non eſſe affirmandum, Inquit enim Pontifex *deteſtandæ feritatis abuſum, quem ex quodam more horribili nonnulli fideles improuidè proſequuntur, nos piæ intentionis ducti propoſito, nè abuſus prædicti ſeuitia vlterius corpora humana dilaceret, digne decernimus abolendum, ideò nullus cuiuſcunque defuncti corpus exenterare, in fruſta incidere, aut oſſa de carnibus euellere præſumat, vt oſſa eius ad partes alias deferantur, & ibi ſepeliantur, & ſi quis contra fecerit, ipſo facto excommunicatus ſit*, nihilominus iudicio meo non prohibetur huiuſmodi cadauerum inciſio, ſeu decoctio cauſa aſportationis oſſium in remotas regiones, ſed ratione inhumanitatis, & crudelitatis, quæ ineſt in humanis corporibus minutatim concidendis, quod ex verbis decreti, & ex Gloſſa apertè colligitur, præter enim uerba ſuperius adducta clarè id indicantia conſtitutio addit, *Volentes igitur remedium adhibere, per quod tantæ abominationis, tantæque immanitatis & impietatis abuſus deleatur, &c.* Ecce abominationem, immanitatē, ac impietatem cadauerū ſectionem, & coctionem, & cætera eiuſmodi appellat Pontifex, quæ ſummouere, ac excludere adhibitis pœnis intendit, non au-

In cadauere humano Anatomen exercēdo pec. mor.

Cauſam fin. conſt. Bonifacii Oct. fuiſſe ꝓhibere ne corpora mortuorum ſecentur vel de coquant. non vt aſportentur.

In li. 3. ex trauag. de ſepol. c. 1.

Q   tem

tem oſſium aſportationem cum cauſa finalis; vt dicitur, Conſtitutionis ſit interdicere has corporum mortuorum ſeparationes, eaſque quacunque de cauſa fiant eſſe prohibitas, quod & apertè declaratur à glo. in qua habetur, *dico iſtum modum eſſe illicitum ante hanc conſtitutionem, quia corpus humanum, cuius facies ad ſimilitudinem Cæleſtis pulchritudinis eſt figurata, nec maculari nec deformari debet*. Quod ſi quis exerceat huiuſmodi ſectiones addiſcendi cauſa, vel alios erudiendi non obtenta ab Epiſcopo facultate peccat quidem mortaliter excommunicationis verò pœnam non ſubit, quoniam pœnæ non ſunt extendendæ vltra proprios caſus, qua in re erratum eſt à nobis in Caſu Tregeſimo octauo inter alios ad Medicum attinentes anno ſuperiore materna lingua æditos, vbi etiam peccato mortali adnectabatur excommunicatio, & auctoritas cuiuſdam conſtitutionis Bonifacij ſecundi, quæcum non extet, ſed illa tantummodo Bonifacij Octaui reperiatur, eſt delenda; pro quibus, vt nos declarauimus, intelligendis conſulant, legentes ſanctum Antoninum, & quoniam, vt ſcribit Corin. Celſus *corpora mortuorum concidere diſcentibus eſt neceſſarium*: nam ſitum, & ordinem partium corporis noſſe debent, vt recte abſque peccato iſta Anatomes via inueſtigari poſſit; opus eſt facultatem à Præſidibus ac maioribus obtinere.

C. de Pœn. l. ſi quis in metallum.

Anatomen ſine licẽtia exercens non excõmuni.

De pen. diſt. 1. 55. pœnæ.

Errata corrigẽda in caſib. Italice deſcrip.

In 3. pa. tit. 24.

Petendam eſſe licentiam à ſuperioribus pro anatome exercenda.

Qui

Qui optat, vel gaudet multos eſſe ægros, & morbos protrahi, qui triſtatur nullos ſibi eſſe infirmos, vel alium medicum plures habere, & qui mala conſilia dat ſaniſut ægrotent, peccat.

Cap. XXXXII.

SI *pectus ferreum, & cor lapideum*, nuncupauit Innocentius, *illius, qui gemitus non exprimit, lacrimas non effundit, cum proximi, vel amici morbum, vel interitum intuetur, & patienti non compatitur, & dolentibus non condolet*, nobis pectus ferinum, & omnis humanitatis expers appellare licebit illius Medici, qui tantum abeſt, vt aliorum ærumnis frangatur, & calamitatibus contabeſcet, vt potius ei mala præcetur, & ex eius ſolicitudine lætitiam capiat. Ideo impium, hoc eſt diuinorum mandatorum contemptionem hunc nominat ſapiens cum ſcribit, *Anima Impij deſiderat malum, & non miſeretur proximi ſui*. Chriſtus Seruator noſter cum vidiſſet Mariam, & Iudæos plorantes infremuit ſpiritu, turbauit ſemetipſum, & lachrymatus eſt. Hippocrates ad Abderitas ſcribebat, ſe ex morbis hominum fructum non capere voluntarium, neque libenter audiſſe Democritum mente eſſe motum, Socrates dicebat, *ex malo alieno caue, ne gaudio complearis*, & Menander, *ne gaudeas infortunijs proximiorum, Fortunæ enim infeſtæ reluctari difficile eſt*. Iſta verò fera, & immanis bellua Chriſti exemplar parui faciens Hippocratis auctoritate ac Sapientum conſilia ſpernens Sathanæ ipſius ductus

De vita cōditionis hum.

De impietate illorum q mala optant, & ex eis lætantur.

Diog. laert. de uita & morib. philoſoph.

ſpiritu audet alijs mala immiſericorditer optare, & ex aliorum miſerijs oblectamentum ſibi parare.

Optãs vel gaudens multos eſſe ægros, & morbos protrahi, mor. p.

Si itaque quis Medicus expetit, aut gaudet multos morbo tentari, & affectiones protrahit lucri ſui cauſa, vel alterius cuiuſpiam rei, malo tamen conſilio, ac mente mortaliter peccat, cum charitati manifeſtè aduerſetur, nam vt ſcribit Sanctus Auguſtinus.

In quodam ſermone.

Medicus non amat ægrotantem, ſi non odit ægritudinem, & vt liberet ægrotum febrem non perſequitur, qui ſi caſus fortunæ (vt dicebat Democritus) omnibus eſſe communes intelligeret, infortunia proximorum voluptati ſibi non duceret, nec vllam gaudendi cauſam haberet, & quamuis quàm plurimi ab hoc læthali crimine caueant, paucos fortaſſe erit inuenire (talis eſt humanæ naturæ fragilitas atque imbecillitas) qui non

Qui triſtantur nullos eſſe ægros vel alios plures habere.

aliquo pacto neſcio quo maiore afficiantur, aut nullos ægrotare, aut ſi ægrotent, alios Medicos à pluribus quàm ſe ipſos accerſire, odio certè, vel inuidia ducti, quod cum capitale ſit delictum, hoc plus habet quod ignominiam parit inuidentibus, quibus verò inuidet gloriam, vt inquit Ioannes

Super Matth. De inuidiæ vitio l. de cogno ſc. curq; ani. mor. c. 1.

Chryſoſtomus, *inuidia enim ſemper eſt ſibi inimica*, & *omnium vitiorum fœdiſſimum*, teſte Galeno de qua ſupra ſatis multa diximus. Si itaque grauiter peccant, qui multos morbo affici exoptant, vel gaudent, & qui nullos eſſe infirmos, aut alijs Medicis plures eſſe maximè triſtantur, quanto

Mala conſilia dans ſanis, vt ægrotent mor. pecc.

grauius crimen admittent illi, qui malum conſilium afferunt ſanis eo animo, vt ægrotent, ſcientes probabiliter, quòd ſi eorum conſilia ſequentur, ægrotabunt, vel ſubibunt certum periculum non leuiter ægrotandi, peccato plus quam capitali &

gra-

grauiſſimo ſe adſtringent, vt colligi poteſt ex Innocentio, & vt habetur in Eccleſ. *facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur, & non agnoſcet vnde veniat illi.* Quod ſi ex Galeno medicorum munus eſt morbos tollere, & corporis ſanitati conſulere, quam pernicioſi erunt iſti, qui ægritudines excitare, vbi non ſunt, ſtuduerint? profectò à medicorum numero amouendi eſſent, & extrahendi, immo à Medica exercitatione arcendi: nam *ſicut noxius eſt* (inquit ſapiens) *qui mittit lanceas & ſagittas in mortem, ita qui fraudolenter amicum circumuenit, eique iniurius damnum importat.*

In c.tua de homic.arg.c.ſi de iur.& l. qui occidit.ff. ad Laquilam.

Cap.27.

2.meth.med. & q. de plac. Hip.& plat.

Prouer.26.

De iuſtitia, Charitate, & bonis moribus, & quomodo Medicus in multis peccare poſſit, ſi ualde ſint contra iuſtitiam, vel charitatem, aut bonos mores. Cap. XXXXIII.

SI Medicus cæteris virtutibus credatur ornatus, iuſtitiæ vero ſit expers, omnibus alijs, vel omnino carere eum, vel certè parum earum habere fatendum eſt, cum ipſa ſit ſumma omnium virtus, & fons reliquarum virtutum, vt teſtatum reliquit Lactant: Fir. quam præclariſſimam virtutum voluit Ariſtoteles, vt neque heſperus, vel Lucifer inter ſidera tantum ſplendeat, vt hæc inter virtutes dilucida ſit, & admirabilis, ad quam toto pectore amplexandam, & conſequendam propoſitis

Iuſtitia inſignitum eſſe medicum debere.

Lib.5.diuin Inſt.c.2.

5.ethic.

etiam

etiam præmiis hortantur ſacræ literæ. Quare in
Iuſt. premia. Eccleſ. habetur, *qui cuſtodit iuſtitiam ipſe exaltabitur*, & libro ſapientiæ, *iuſti iudicabuntur, & qui didicerint iuſta, inuenient, quid reſpondeant*, in
Cap. 15. Prouer. *nil proderunt Theſauri impietatis, Iuſtitia*
Cap. 6. *verò liberabit à morte, non affliget Dominus fame animam iuſti*, & iterum in libro ſapientiæ legitur,
Cap. x. *iuſtorum anima in manu Dei ſunt, & non tanget eos*
Cap. 1. *tormentum mortis*, & apud Salomonem, *Taberna-*
Prouer. 6. *cuula iuſtorum germinabunt*, ſed quamuis iuſtitia ſit præſtantiſſima uirtus, & prima ex quatuor Cardinalibus, qui cæterarum uirtutum fontes appellan-
Charitatẽ maiorem eſſe omnib. virtutibus probatur. tur; Charitas tamen Chriſtiana, & huic, & cæteris uirtutibus antecellit, ſine qua nulla poteſt dici uera uirtus, maior inquam eſt in proximi neceſſitate iuuanda, in opere celeriter præſtando,
1. in neceſſitate. in diuturnitate conſeruanda, & in præſtantia, præterea neceſſaria eſt ad ſalutem, cætera enim diuina dona ſine ipſa nihil prodeſſent ad ſalutem, ſufficit autem ſola ad ſalutem, Ideò Sanctus Auguſtinus ait, *ſola charitas eſt, quæ uincit om-*
Li. de doct. Chriſt. *nia, & ſine qua reliqua nihil ſunt, & ubicunque fuerit, trahit ad ſe omnia*, deinde conſiderandum eſt opera bona aliunde, quàm à charitate non e-
2. ex operoſitate. manare, quare Beatus Gregorius ait, *non poteſt ramus proferre fructum boni operis niſi manſerit in*
3. ex duratiōe. *radice charitatis*. Quod autem ſit diutina, Apoſtolus optime animauertit *charitas* (inquit) *nunquam*
1. Corinth. c. 3. *excedit*, atque perfectior eſt, ac præſtantior, pro-
2. ex nobilitate. pterea quod homo cum bene agit, quanto maiori cum Charitate agit, eò magis mæretur, & inde recipit maius, & præclarius præmium. Quod

autem

autem ſine charitate nulla poſſit inueniri uirtus, probatur à Diuo Thoma, cuius rationes prudens omitto breuitatis cauſa, ad hanc igitur diuinam uirtutem adipiſcendam Paulus nos impellit ac monet, nam ſcribit, *Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis, & charitas fraternitatis maneat in uobis*, hanc præclariſſimam uirtutem etiam Platonem cognouiſſe patet in libro ſecundo de legibus, ubi ait, *Cum diſceßerit homo à charitate Dei, à ſeipſo diſceſſit*, rationem autem huius attulit Sanctus Iou. *nam Deus charitas eſt, & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Iuſtitiam igitur, & charitatem ſummo neceſſarias dicimus in Medico quibus coniuncta ſit prudentia, ut uidelicet nihil, quod ſit contra bonos mores, peragat, quoniam in his rebus, de quibus nil certè ſtatuit diuina ſcriptura, mos Populi Dei & inſtituta marum pro lege tenenda ſunt, & ſicut præuaricatores diuinarum legum; ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudine coercendi ſunt, ſcribit ſanctus Auguſtinus, quod enim neque contra fidem *Catholicam, neque contra bonos mores eſſe conuincitur indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos uiuimus ſocietate eſt ſeruandum, boni enim mores ſunt conſilio, & ratione ſumpti*; & prima diſtinctione. Omnes, & capit. ius generale. *legem mores faciunt*, & *commune Ius legibus, & moribus conſtat*. Quare Iulianus, *de quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur id cuſtodiri oportet quod moribus, & conſuetudine introductum eſt*, & Cicero *mos maiorum tum ut lex ualebat*, quibus omnib. ita ſe habentib. manifeſtū eſt Medicum in multis aliis rebus præter ea, quæ

2.2.q.23.ar.7.

Charitatem eſſe neceſſariam Ad coloſſ.c.3.

Ad Hæb.c.c.x.

Nil contra bonos mores agēdum eſſe.

Ad caſalanum diſt. 11.c.in his & diſt. 12.illa autem.

L.23. digeſt.

2. de legib.

enu-

In his, quæ valde ſunt contra iuſtitiam vel charitatem, vel bonos mores med. mor. pec. poſſe.
In uerb. med. ſſ. 3.

enumerata ſunt in ſuperioribus capitibus, mortaliter peccare poſſe quando valde ſunt contra Iuſtitiam, vel charitatem, aut bonos mores, vt Armilla animaduertit.

Finis Libri Primi.

DE CHRISTIANA, ET TVTA MEDENDI RATIONE.

BAPTISTA CODRONCHIO AVTHORE.

Liber Secundus.

An Medicus ſit neceſſarius, & vtrum ſit ab ægris vocandus, an vita noſtra ope artis Medicæ produci poſſit, perquiritur, & ſtatuitur: & ægrotantem in graui morbo Medici auxilium ſpernentem peccare. *Cap. I.*

TRes modò hoc alterius libri initio quæſtiones expendendas decreuimus, videlicet, An Medicus ſit neceſſarius. Vtrum Aegroti pro curatione ſuarum affectionum medicũ adhibere debeant; & An ſpernentes medicinam, & medicamenta, crimen aliquod habeant. Quæ quidem quæſtiones non minus difficiles, nec paucis explicandæ verbis, quàm vtiles fore exiſtimamus. Medicum igitur, pro aduerſa parte eſſe ſuperuacaneum, vt primo propoſitam dubitationem examinemus, quamplurimis auctoritatibus ſacrarum literarum, & Canonum dicere poſſumus: ſcribitur enim in Deut. *auferet Dominus a te omnem languorem, & infirmitatem*, & in Iob. *ipſe uulnerat, & medetur.* Propheta. *Miſerere mei Deus, quoniam infirmus ſum, ſana me Domine,*

Quæſtiones tres proponũtur.

Medicum non eſſe probatur.

Cap.2. Cap.5. In pſal.6.

ne; quem omnem infirmitatem ſanare in pſal.dixit, præterea in libro ſapientiæ. *etenim neque herba neque malagma ſanauit eos, ſed tuus, Domine ſermo, qui ſanat omnia*, ex quibus apertè dici videtur, eſſe ſolius Dei morbos ſanare, non autem Medicorum, & hinc ſacra historia reprǽhēdit Aſam Regem, quod ægrotus medicorum arte fretus eſſet, quaſi ars medica inutilis, ac veluti reprobanda eſſet, quare & Diuus Ambroſius medicorum præcepta palam damnauit, vt quæ contraria diuinæ conditioni à Ieiunio reuocarent, & qui ſe Medicinis addixerit, alienam voluntatem ſecutus, ſeipſum deſerit, atque abnegat, id quod reperitur in decretis canonicis, & D. Agatha ferè gloriabatur nūquam ſe pharmaca corpori admouiſſe, in Euangelio Mulier quædam ſua omnia bona Medicis erogauerat nec tamen quicquam profecerat; grauia multa ab eis perpeſſa, quibus ſtatuendum videretur, medicorum operam prope inanem, ac inutilem eſſe.

In Parali.c.16. In c. contraria de conſ. diſt.5. Marci.5. Lucæ.8.

Si itaque medicus erit ſuperuacaneus neq; ægrotis opus erit pro morbis curandis eum acceſſi, quod erit ſecundo loco diſcutiendum, quemadmodum, & nonnullis rationibus indicare poſſumus, nam quod ſaluti noſtræ vtilitatem affert, tantum abeſt, vt reijci à nobis conueniat, vt potius æquo animo, & alacriter, quamuis graue ſit tolerandum. Atqui ægritudines multum conferunt ad noſtram ſalutem, pro vt probabitur, Ideò ægritudines non erunt curandæ, medicus ergo non vocandus. Etenim habetur in Eccleſ. *Infirmitas grauis ſaluam facit animam*, & in Prouer. *liuor vulneris abſtergit mala*, & D. Paul. *Virtus in infirmitate perficitur*, & paulo poſt de ſe ipſo, *cum infirmor, tunc potens ſum*, corporis igitur ægritudo nonnunquam animi fortitudinem auget, huic accedit, quod in ſanctorum

Aegros adhibere Mdicos nō debere.

Infirmitates multum prodeſſe ad animę ſalutem. Cap.31. Ad corinth. 2.epiſt.c.12.

rum virorum hiſtoriis memoriæ proditũ eſt D. Aegidium cum ad Rhodani oſtia degens in ſolitudine à venatoribus inter ſyluas ſauciatus eſſet, non modo medicinam vllam inflictis plagis non admouiſſe, ſed & Dominũ rogaſſe, ne ipſa vulnera ſanarentur, vt videlicet illatus corpori dolor ab aīo procul arceret quaſcunque uoluptatis cogitationes. Quid de Seraphico Diuo Franciſco dicamus, qui perfectionem Chriſtianam non fuiſſet adeptus niſi in grauiſſimam corporis valetudinem incidiſſet? Vigeſimo enim ætatis ſuę anno ægrotus didicit omnia humana tanquam caduca ac fragilia contemnere, quæ ſanus dilexerat, æger ſoli Deo ſeruiendum eſſe intellexit; & qui ante pecuniæ deditus rei faciendæ ſeruierat, dum negotiationibus vacaret, æger ad viam Sanctorum feſtinans properauit, quam ſanus nõ cognouerat. Nec ſilentio pręterire volo Beniamin ſeniorem, qui cum multos ſuis orationibus curaret affectus, ipſe hydrops inuiſentes ſe conſolabatur, rogabatq; vt Deũ p̄carẽtur ꝓ ipſius aīa, nihilq; de corpe ſoliciti eſsẽt, quę quidẽ anima ĩ ſanocorpore nihil profeciſſet. S. Petrus Tito diſcipulo interroganti, cur Petronillam filiam diutius ægrotare pateretur, cum aliis male affectis repente ſaluti fuiſſet, ita illi expedire reſpondit, & vt id facere ſe poſſe oſtenderet, iuſſit eam ſurgere, & eis diſcumbentibus miniſtrare, & confeſtim ſana ſurrexit, quæ ut officio functa fuit, ad lectum pariter & morbum redijt, ita igitur ægrotando didicit Virginitatis puritatem amare, & poſtea ſanata mori potius elegerit, quā Flacco prætori nubere. In uita quoque S. Thomæ Cantaurienſis ſcriptum eſt, quempiam comparandæ valetudinis gratia ad ſepulchrum eius conceſſiſſe, & voti cõpotem factum dum rediret, ſecum quærere cæpiſſe,

Sancti Aegidij Exemplum.

Sancti Franciſci exemplum.

Beniamin. ſen. exemplum.

S. Petr. exemp.

Cuiuſdam exemp. in vita S. Tho. Canct.

ſanitas ne corporis, an imbecillitas ad animæ ſalutem conducibilior eſſet, & rurſum Sancti aram repetiiſſe, oraſſeque, vt quod ad beatitudinem illam adipiſcendam magis conduceret, id ſibi contingeret, & ſtatim eodem implicatum morbo redijſſe: quibus exemplis non erit forſan ab re, & teſtimonia ethnicorum addere; Plinius Iun. *nuper* (inquit) *me cuiuſdam amici languor admonuit optimos eſſe nos dum infirmi ſumus, quem enim infirmum aut auaritia, aut libido ſolicitatus non amoribus ſeruit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque ſit relicturus, ſatis habet; Tunc Deos, tunc hominem eſſe ſe meminit, inuidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem malignis aut attendit, aut alitur,* Plutarchus autem tradit quod Antigonus Rex Macedonum cum a graui morbo inualuiſſet, *nihilo* (inquit) *peius eſt ſi quidem hic morbus nos admonuit, ne efferamur cum mortales ſimus*, tamquàm ſcilicet ex morbo illi plus boni, quàm mali acceſſiſſet. Sed quid amplius moror in his Gentilium Teſtimoniis, cum habeamus Canones ſacros id clariſſime probantes, videlicet cap. 1. vbi ita ſcribitur, *vrgente deorſum conditione corporea, feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendi*, & in c. Niſi cũ pridem; *nonnunquã corporis infirmitas fortitudinẽ animi auget*, & in c. Poteſt, *ægritudo carnis peccatum repellit.* & ibi S. Ambroſius addit, *quod nocet corpori, prodeſt ſpiritui: nam infirmitas corporis frequenter peccatum impedit.* quibus omnibus ſanè perſpicuum uidetur eſſe ob innumeras vtilitates, quæ ex languoribus emanant, ægros diuinæ uoluntati, medicis neglectis poſſe ſe cõmittere, quibus omnibus addi poteſt & alia ratio, cũ etenim vita noſtra artis Medicę beneficio propagari minimè poſſit, videtur eſſe vanum medicos curandis morbis adhiberi, ſi quis enim ad ſtatutum terminum

L. 7. ep. ad max.

Infirmitatem eſſe vtilem probatur auctoritate Ethnicorum.

In Apophthegmatis.

Teſtimonia ſacrorum Canonum.

De pęn. d. 1.

Alia ratio.

vitæ

vitæ peruenerit, nullo Medici auxilio poterit proferri, quod ſi adhuc completum non ſit uiuendi curriculum, neque æger vitam cum morte commutare poterit, ideò Medici conatus fruſtra erit ad operam ſuam præſtandam; fixos certoſque nobis à Deo conſtitutos eſſe vitæ fines ſanctiſſimi Iobi teſtimonio videtur manifeſtum, *breues* (inquit) *dies hominis ſunt, numerus menſium apud te eſt, conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* & illud, quod à Deo eſt conſtitutum, mutari non poteſt iuxta illud; *Ego Dominus, & non mutor,* & alibi *non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec ut filius hominis, vt mutetur,* ſequitur ergo nullo pacto fieri poſſe, vt hi termini proferantur, id verò confirmare videtur Princeps Arabum medicorum Auicenna, dum aſſeueranter defectionis noſtræ, & interitus cauſas perquirens, ait, *& hæc eſt mors naturalis cuique indiuiduo deſtinata ſecundum ſuam primam complexionem vſque ad terminum, quem in ſua potentia habet ad natiuam humiditatem conſeruandam, vnumquodque enim* ſubdit, *terminum præfixum habet, qui indiuiduis varij ſunt propter temperamentorum diuerſitatem,* & hi quidem ſunt termini naturales, ſunt verò & alij termini abbreuiati; totum tamen diuino prouenir præcepto. itaque ſi præfixum terminum, vt vult hic Auicenna, vnumquodq; animans habet, idque ex Dei preſcripto & ordine manat, nulla certè ratione, quod ſic præfixum eſt, prorogabitur. Hoc ipſum multis ante ſeculis ſummus Philoſophorũ Ariſt. et ſenſerat, & ſuis monumentis expreſſerat, dum ait, *Ideo & tempus, & vita vniuſcuiuſque numerum habent, & hæc determinantur, ſeu præfiniuntur, omnium enim eſt ordo, & tempus, ac uita menſurantur periodo, vel circuitu, ſed tamen* non eadẽ omnia, ſed hęc quidẽ minori, hęc aũt maiori his. n. ann⁹, his aũt maior, alijs verò minor,

Cap. 14.
Malachię. c. 3.
Num. c. 23.
Lib. 1. fen. 3 doc. 3.
Cap. 3.
2. de ge. & cor. tex. 57.

nor periodus eſt, & menſura, quin & tempora omniũ & grauiditatem & generationem, & vitæ dimenſionem quibuſdam circuitibus ſibi expoſcere expreſſit. Quę igitur ſuis ſpatijs limitata, ac veluti proprijs finibus atque cancellis concluſa ſunt nulla arte longius protrahi poſſunt: nam naturæ opera omnia neceſſariũ ordinem adepta decretum finem euitare nequeunt, vt dixit Galenus, cum ſit ars, quam natura in hoc multò inferior. Verumtamen ſi ſacrarum literarum, ac Sãctorum ſcitiſſima dogmata paulo exactius contemplemur, nec non medicorum monumenta diligenter animaduertantur, contrarium eorum, quæ dicta ſunt longè verius eſſe deprehendemus, artem nempè medicam vel artis ipſius miniſtros proculdubio eſſe neceſſarios & pro curatione morborum ad ipſos confugiendum eſſe, artiſque medicæ beneficio uitam noſtram produci poſſe; in Eccleſ. enim ſcriptum eſt, *altiſſimus creauit de terra medicinam & vir prudens non abhorrebit illam*, poſthęc uerò additum eſt, *in his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & unctiones conficiet ſanitatis*, ac paulo poſt *da locum medico, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria*; Galenus etiam teſtatum reliquit multos huius artis ignoratione ocyus mori, quàm ferat naturæ ratio, & lib: de Tabe aſſerit, ſenectutem exſtendi ac longiorẽ fieri impoſſibile non eſſe, quod & affirmat Haly. & lõgiori ſermone Conciliator, ubi obiectis in cõtrarium reſpondet, cum & Poœtæ id non ignorauerint, ſcribit enim Virg.

[Margin notes: L.4. de eng. animal. c. x. — L. d̄ maraſmo. — Artem Medicã ac medicos eſſe neceſſarios, ac pro morbis curandis eſſe uocandos probatur. — Cap. 38. — In 1. de ſ. tuen. — in 3. techni. — In diff. 113. — Lib. 4.]

Ille ut depoſiti proferret fata parentis
Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi
Maluit, ——

Qui-

Quibus ſanè omnibus manifeſtum eſſe cenſeo Medicum eſſe neceſſarium, & ipſum cōſulendum pro morbis profligendis: Gratianus tradit, *quamuis certiſſime ſciamus neminem vltra terminum ſibi à Deo præfixum eſſe victurum, omnibus tamen langentibus non incongrue medemur.* 123.q.4. ff. ſed in his omnib.

Quòd verò termini vitæ artis medicæ pręceptis proferri haud parum immò plurimum poſſint, declarat Gal. qui ſalubrem uiuendi rationem ignorāt, credibile eſt hoc citius, quàm pro naturæ ratione interire, tanta eſt enim eius artis, quæ vitæ, ac valetudini hominum proſpicit uis atque potentia, vt ſi quis eius præcepta neglexerit, non modò miſeram, & omni malorum colluuię afflictam, & infeſtam uitam degat, verum & vitæ terminos, quos naturæ benè cōſtitutæ lege erat æquaturus, ſibi ipſe neglectu artis ſupprimat, atque auferat, quod ſi artis medicæ contemptores citius quàm pro naturæ lege diem obeunt, & conſentaneum eſt, obſeruatores præceptionum artis in lōgius tempus diem eſſe prolaturos, iuxta illud Ariſtotelis, *oppoſitorum, oppoſitæ quoque ſunt rationes.* Auic. artis medicæ dotes enumerans, *Ars* (inquit) *quæ ſanitatem cuſtodit de duabus rebus ſecuritatem præſtat, putrefactionis ne penitus ſubeat corpus, & defenſione humiditatis innatæ, ne ſcilicet citò diſſoluatur, & in ipſius humoris innati fortitudine,* de artis potētia loquēs mox ſubdidit, *cōſtat ut ipsū ſecundum debitum tempus, ſecundum ſuam primam complexionem permanere faciat,* poteſt igitur & natiuus humor, nè citò exhauriatur artis beneficio diutiſſime conſeruari, & putredo arceri, vt pariter dictum fuit a Galen. quibus ſententiis patet vitæ noſtræ terminos poſſe huius artis beneficio protrahi, qui etiam ait, *Senectutis autem marcor diſſolui profecto non poteſt, ſuccurri ei tamen*

Fines vitæ, noſtræ ope medicinæ produci poſſe.

In 6. de S. tuen. Lib. 2. topic. Et 2. de gen. & cur. c. 1. Lib. 1 fe. 1. c. 1.

Lib. 5. & 6. de ſan. tuen. lib. de maraſ. c. 5.

men ut quamplurimum producatur, quod ſi ſenium arte, protrahi, atque proferi poteſt, non ne eadem ratione ſuperioris vitæ curriculum. Quod et hæc firmiſſima ratione comprobari poteſt, cuius productrices cauſæ & principia poſſunt procurari, & prorogari, & quàm ſint validiora arte quapiam reddi, & id ipſum quoq; diutius produci poterit, atqui vitæ principia arte medica ita procurari poſſunt ut diutiſſime conſeruentur, ac perſtent, Poterit itaque vita arte medica normam deficiente propagari; calor ſi quidem natiuus noſter humido primigenio, & radicali ſubnixus, vitæ noſtræ & principium, & cauſa eſt, at poteſt & humidum radicale inſtaurari, & vegetius interdum arte reddi, ut in hectico curato, in intemperaturis his lapſis, quæ in melius arte à Gal. tradita reductæ ſunt; poteſt etiam natiuus calor ita arte attemperari humectante victus ratione, & excogitatis ad id auxiliis ne humidum primigenium abſumendo ſiccitatem, frigiditatemque pabuli defectu, tandemque mortem inferat.

Aegrũ in graui morbo medicum & auxilia reiiciẽtẽ mor. pec.

Cum iã multis rationibus & auctoritatibus vtrinque habitis ſatis ſuperque demonſtratum ſit, Medicũ eſſe neceſſarium, & pro morbis curandis eſſe aduocandum, vitamque noſtram artis medicæ ope propagari poſſe, ſtatuendum eſt ægrotantem omnino teneri ad medicorum auxilia imploranda dummodo poſſit, vti Nauarrus ſentit, ſcribens, *qui periculo mortis, aut mutilationis ſe credit ſine neceſſitate, aut vtilitate veluti ægrotum ſemper fore, humanum reſpuit remedium, quod facile haberi poteſt, & ſoli diuinæ prouidentiæ, & committit*, & *Sancti Thomæ doctrina, læthale crimen admittit, quoniã eſt Deum tentare, & ſui ipſius homicidam cũ eſſe, ſecundas cauſas ſpernat, quæ concurrentibus primis ſanitatem præſtare ualens*,

in c. 12. n. 41. Mannalis.

2. ſec. q. 98. art. 1.

In par. 3. tit. 7. c. 1.

lens, vti S. Antoninus aſſerit, niſi ſuper hoc haberet familiare & diuinum conſilium, ſicut Beata Agatha, *medicinam* (inquit) *carnalem corpori meo nunquam uelim exhiberi*, erat enim experta diuinam beneuolentiam. Ideò & Nauarrus excipit quoſdam Caſus in quibus abſque culpa, immò cum meritò medica præſidia ſit fas reiicere, vt tempore martyrij, vel alio propter cōmodum ſpirituale, puta propter carnem compeſcendam, ac domandam, paſſioneſque effrueſcentes comprimendas, vel vt melius Chriſti paſſionem ſentiret perferendo uulnera, vel vlcera, dolorem iſchiadicum aliaſque huiuſmodi corporis affectiones, quæ tamen periculum mortis ſecum non afferunt, ſicut aliqui S. egerunt, de quibus ſupra actum eſt, ob ſingulare priuilegium, & cogitatum diuinum, quibus nos etiam addere poſſumus, quod quãdo ægritudo eſt leuis, & nullius periculi, & eius naturam æger cognoſcit, & arbitratur ſolã victus rationẽ recte adhibitam ſufficere, & aliàs expertus eſt hac ratione ſe ſanitati fuiſſe reſtitutum, nullum admittit peccatum, medico non accerſito. Reliquũ mō eſt quòd ea, quæ cũ ratiōe, & auctoritate ſtatuta ſunt clara, & ſine aliqua dubitatione animis noſtris hæreant, vt rationibus & auctoritatibus in oppoſitum adductis ſatisfaciamus, quare ad id quod dicitur, Deum ſanare omnia, quòd ipſe ſolus languores ſanat, & ideò Medicos, ac medicamenta eſſe ſupuacanea, reſpondere poſſumus initentes doctrinę D. Thomæ veriſſimum eſſe, ſolum Deum eſſe cauſam ſanitatis ægroti, vti tribus argumentis probat, non tamen ob hoc cauſas ſecundas reprobandas eſſe, cum per has ipſe Deus frequenter agat: nam ut ipſe Diuus Thomas aſſerit, à Diuina prouidentia non ſolum diſponitur, qui effectus fiant, ſed etiam ex quibus cau-

In quib. caſib. poſſit æger ſine peccato reiicere medicum ac medicamẽta.

Quõ Deũ ſanare debeat intelligi.

in 1. par. sũmę q. 117. art. 2.

2. 2. q. 55. ar. 2.

ſis procedant, & quo ordine eueniant, inter has autē cauſas quorundam effectuum ſunt actus humani, ſicut comedere, & bibere eſt cauſa huius conſeruationis vitę, & vſus medicinarum cauſæ ſanitatis conſequndæ, ergo hominibus aliqua ſunt agenda, non vt per actus ſuos diuinam diſpoſitionem immutēt, quæ immutabilis eſt, ſed ut per actus ſuos adimpleāt quoſdam effectus ſecundum ordinem à Deo diſpoſitum; quamuis ergo Deus ipſe ſit, qui vulnerat, & medetur, vt dicitur Iob. & ſanat omnes infirmitates ut ait Propheta; hoc tamen agit communiter per cauſas ſecundas, vt ſunt medicamenta, & huiuſmodi alia, quare & his tempore opportuno eſt utendum, ita ad ægroti cu rationem naturalem Deus concurrat, vti cauſa principalis, medicus uti cauſa miniſterialis, ita mihi cum Theologis loqui liceat, & medicina, vt cauſa inſtrumentalis, ideò nec Medicus, ne Medicina ſpernendi, & quamuis aliquando ſupra vires naturæ, & per uiā miraculi ſanitatem Deus operetur vti relati Sācti curati ſunt, eorū tamē exēplis nos nō debemus medi. ac Medicamenta reijcere, quoniā ut ſcribit Gratianus, *miracula diuina ſunt quidem admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda*. Vt autem ea diluamus, quibus probari videtur vitam humanam artis Medicæ ope prorogari haud poſſe, opere pretium eſt ſcire, varios eſſe vitæ noſtræ terminos; Alii enim ſunt ſupra naturam, ab aliquibus fatales dicti; Naturales alij; & Alij fortuiti, & decurtati; quos Auic. *abbreuiatos* uocat. Vitæ termini ſupra naturam ſunt hi, qui nobis à ſummo Deo prouidentia admirabili ſua cōſtituti ſunt, de quibus illud dictū eſt, quòd ex Iob. attulimus, *conſtituiſti terminos eius, qui præteriri nō poterunt*, hos terminos nos cum Theologis cenſemus nullo conſilio, nullaue arte

Cap. 4.

Deum medi. & medici. ad ægri iuram cōcurrere.

Rēſp. ad exēp. Sanctorum.

4. q. 3.

Terminos vitę noſtræ eſſe ī triplici diff.

Termini ſuper naturam.

Cap. 14.

te produci poſſe, ſtatutum namque homini à Deo, vt S.Grego. quantum in ipſa uita mortali ad tempus viuat. Sunt & alij vitæ fines, qui naturales uocantur, quod naturæ beneficio pro cuiuſque vario temperamento, corporis ſtructura, & vitæ firmis, infirmiſue principijs vnicuique attributi ſunt, non.n.omnib. idē vitæ finis eſt, ſed alijs alius pro temperamenti bonitate: victus ratione, ſalubritate Cęli, & loci: hos ergo terminos naturales dicimus produci arte poſſe ad temporis articulum quendam, non autem perennes, ac perpetuos fieri. Fortuiti verò termini hi ſunt, qui ob inopinatos caſus, nullis certis temporum ſpatiis, incluſi, euenire in ſingula momenta homini poſſunt ob eas, quæ temere, & inopinato euentu accedunt cauſas vitam pręcipiētes, vulnera inquam læthalia, lapſus, incendia, venena, populares morbi, ac peſtilētes, qui termini interitum ſubito afferentes, cum nullum habeant certum tempus, quo eueniant, ſic nullis pręſidijs produci poſſunt, difficilimeque præcaueri.

Lib.12. expos. mor.ī Io.c.5.

Termini naturales.

Fortuiti termi.

Infirmus non obediens Medico, & aliquid ſumens cum graui damno, vel periculo mortis peccat.

Cap. I I.

AEgrotum non teneri ex pręcepto parere Medico, ita vt ſi illi morem non gerat nullum admittat peccatum ſcriptis reliquerunt Innoc. & Hoſt. quorum ſententiam omnes ſummiſtæ à me uiſi ſequuti ſunt ea ratione, quòd Medicus non ſit ægroto maior,

Non teneri ægrum obedire med. opinio ſummiſtarum.

In c.tua nos de homic.

neque præſidens conſtitutus, cui obtemperare iure debeat, neque ipſe ægro imperare poſſit, cum nullam in eo poteſtatem habeat, quamuis conſulant vtile, & bonum eſſe, ut ægrotus Medico obſequatur, & fidem adhibeat, quoniam *vnicuiq; in arte ſua perito credendum eſt*, vt ex Philoſopho refert San. Antoninus, & Io. An. Card. Io. Ant. & Fely damnent ægrotantes, qui morẽ gerere Medico renuunt, & licet aliter ſentire, quàm iſti grauiſſimi viri ſunt arbitrati, videatur eſſe quodã modo temerarium, cum tamen nonnullæ auctoritates, & rationes oppoſitum oſtendant in aliam ab eis ire ſententiam eorum venia impellor: nam ægrotans qui Medicum pro bona valetudine recuperanda acceſit, & illius curationi, & per conſequens imperio, & obſequio ſe ſubijcit, qua ratione à crimine grauiori excuſari valeat, non percipit, cum inunctam illis rectam victus rationem recipere, & auxiliis propoſitis vti in cæteriſque opportunè obedientiam præſtare renuit, ex quo graue detrimentum percepturus ſit, vel mortis periculum ſubiturus, ipſo medico iudicante, quod ſi non faciat, incidet in aliquod graue damnum, aut mortem, ut probat Tiraq. quod & alia ratione magis firmare poſſumus, quemadmodum Medic⁹ ſi ea, quæ ad munus ſuum ſpectant, negligat, vel omittat, vel perperam, & malè ſuo fungatur officio, ex quo damnum inſignè vel interitus languenti ſequatur, capitali delicto afficiatur, eadem prorſus ratione ægrotans Medici auxilia imperata ſpernens, cum graui illius iactura, vel mortis periculo, ſi id ſciat læthali crimine ſe aſtringit, quod & auctoritatibus demonſtrare poſſumus: Nam Hippocrates, Galenus, & cæteri omnes Medici, obtemperandum eſſe Medico ſuadent, pericula & damna in obſequentibus euenientia patefaciunt

In d.c. tua.
Teneri egrum obedire medico probatur cõtra ſummiſtas

Rationes ad ꝓbantes.

D.c. 31. n. 372.

Auct. id prob.

teſaciunt, quòd ſi ægrorum obſequium tollatur, uniuerſam artem Medicam peſſumire, & tolli aſſeueranter affirmant, ideò Hippocrates ipſe ſciens Medicum diiudicari ex opere, non autem ex doctrina, & præcepta artis ſeruātē poſſe ægrū obire diē ſuū etiā ex salubri morbo nō vitio ipſi Medici, ſed vel ęgri, vel aſſidētium culpa ſcriptum reliquit, *non ſufficere, vt Medicus præſtet omnia, quæ præſtare debet, ſed oportere, & ægrum, & aſſidentes, & cætera exteriora recte diſponi*, quod & à Gal. fuit relatum his verbis; *non modo ipſum Medicum oportet omnia, quæ conuenit agere, ſed, & ægrum, & miniſtros, atque inſuper exteriora omnia in nullo delinquere*, ſi quidem vt idem Hippocrates teſtatur, *Ars tribus conſtat, Morbo, Aegro, & Medico artis miniſtro, & ægri partes ſunt vnà cum Medico morbo reluctari*, quam ſententiam Gal. ita repetit: *Tria ſunt in quibus & per quæ curatio conficitur, Primum Morbus: deinde Medicus, quæ ſe ſe inuicem oppugnāt tertius eſt, Aeger, qui ſi medico ſit audiens, & faciat imperata ſocius in certamine efficitur Medico, & hoſtis morbo, quod ſi ab eo deſciuerit, & quæ dictat morbus exequatur, duob. nominibus Medico facit iniuriam, vno quidem quod deſtituerit illum ſolum, alterum quod duos fecerit qui erant vnus, &c.* Sed clarius huius ægrorum obedientiæ neceſſitatem oſtendit ipſe Hippocrates ſcribens, *plurimi periculoſi morbi ægrotos Medicis morem haud gerentes necant, quandoquidē perpauci admodū alioqui prorſus mortiferi ſunt, ſi neq; Medi. erret, neq; ægrotꝰ, neq, miniſtri, neq; aliud quicquam extrinſecum fortuito noxium incidat*; Areteus etiam, qui ante Galenum floruit eiuſdem fuit ſententiæ, *Aeger* (inquit) *fortis ſit, & cum Medico aduerſus morbum conſpiret, neceſſe eſt nec ab his ne latum quidem vnguem diſcedat*, Cor. Celſus, cum ſcribit ægris tantomagis omnem obſeruationem eſſe neceſſariam, quanto magis obnoxia

offenſis

In 1.li. aph. 1.

In cō. 1. aph.

Lib. 1. de mor. vul. com. 2. tex. 51.

In 6. epid. com. 2. tex 43.

L. 1. de cauſis. affec. diut. c. 1.

In Proœm.

In ſer. 5. offēſis eſt infirmitas, immò & Aetius Amidenus horū omnium ſententiæ ſubſcripſit, ubi Medicum ea, quæ oportet facientem natura auxiliarium accepit, & ipſum ægrotum obedientem, & nihil in diæta delinquē-tem, morbum facile ſuperat; & quamuis teſtimonia medicorum non ſufficiant, vt nos de peccato poſſimus ſtatuere, compertum tamen eſt, quod ſi quis aduerſus illorum præcepta agat in re graui, & cum inſigni damno, vel periculo vitæ mortaliter peccabit, cū autem ægros morem non gerentes medicis plurimi morbi periculoſi interimant, & ex ſalubribus inſignis
Aut. Nauarra. ſaltem iactura conſequi valent, manifeſtum eſt peccatum lethale euadere non poſſe, quam ſententiam ſe-
In ſupe. c. quutus eſt Nauarrus, qui vult ægrotos teneri adire Medicum, illiuſque medicamentis vti; Conueniunt tamen omnes ſummiſtæ, quod ſi ægrotans ſua uoluntate non inſcius, aut ignorantia, quæ excuſari nō poſ-
Qn̄ æger peccet m. ex opin. ſummiſtarum. ſit, vel incontinentia, & Immoderato ductus appetitu aliquid aſſumit, vnde mortem, aut aliquod graue detrimentum ſubire queat, ipſum crimine veniam non merente deuinciri, & obſtringi, & præſertim ſi Medicus ab huiuſmodi re eum abſtinere iuſſiſſet, eſt enim contra charitatem, cuius lege corpus ſum ipſe dilige-
Errores ægrotantium quæ damna faciāt. re debet, vt Domino ſeruiat; quare S. Ambroſius ait, *ſi Medicus perſcripſerit ægrotanti, à quibus ſit cauendum, at-*
Arg. c. ſi non licet. 22. q. 5. in l. de Parad. c. 6. *que ille ab interdictis non putauerit abſtinendum, cauſa ei mortis eſt Medicus?* ſed vtique ipſe ſibi reus eſt mortis propriæ, vt mirum non ſit, ſi apud Locros capitale fuerit Medico ignorante bibiſſe meracius, ut refert Cœ-
Lib. 29. lius Rodig. & ideò S. Auguſt. *quantum* (inquit) eſt *in Medico, ſanare uenit ægrotum, ipſe vero ſe interimit, qui præcepta Medici ſeruare non uult*: quibus & Medicorum ſen-
L. b. de conſt. art. med. c. vlt. tentiæ conſentiunt, nam Galenus aſſerit, *quidquid erro-*

ris

ris fuerit in ægrotantibus commiſſum, erit profecto cauſa, ut vel ſerius morbus ſoluatur, vel celerius mors aduentet, & quemadmodum ipſis ſanis victus deprauatus ægrotandi affert occaſionem, eodem vt arbitror modo, uel etiam magis laborantibus ex erroribus commiſſis fiunt acceſſiones, verum quidẽ eſt, ſi languens aliqua in re leui peccaret, vel cibum aliquem paulo deteriorem aſſumeret, qui leuiorem noxã inferre poſſet, vel à medico ei non fuiſſet interdictum, eum niſi peccato venia digno nõ erraturum.

in 2.ª diff. feb.

Aeger quando ueniali cer. peccet.

Vtrum liceat confugere ad Sortilegos, vel Maleficos pro ſanitate recipienda, & eorum remedijs vti. Cap. III.

QVemadmodum Deus miſericors præſentiens quoſdam multa delicta committere poſſe, eos corporis mala valetudine, ne peccent, coercet, & alios grauiſſimis ſceleribus irretitos, implicatoſque ex corporis infirmitate animæ ſalutem recepturos ęgrotare libenter permittit, ita crudelis naturæ humanæ hoſtis cognoſcens quantum homines à peccatis tueantur ægritudines, & pro ipſorũ expiatione conferãt, nephariis artibus ſuis, ac irritamẽtis nititur in aduerſa valetudine occaſionem peccandi dare, vt ex quib. ſalus ſperabatur, interitus ipſe ſequatur, idcirco aliquos ad impatientiam irritat, quoſdam ad Dei murmurationem, ac exacrationem & deteſtationem prouocat, & nonnullas præſertim fœminas ſuperſtitionibus magis pronas ad infidelitatem tentat, vt ſcilicet relictis poſthabitiſque ſacroſanctę Eccleſiæ, medicorumque auxilijs ad ſortilegos, veneficoſque pro ſanitate recuperanda confugiant, ſuiſque faſcinantibus

Deus ex infirmitatib. ſalutẽ animæ ſathan uero interitus quærit.

reme-

Vtrum liceat confugere ad maleficos & eorum uti remediis pro ſanitate recuperanda.

Tempore idolatriæ magos, ac maleficos ĩ ꝑtio fuerunt.

remedijs vtantur, quod vtrum homo Chriſtianus illeſa animi pietate & conſcientia facere poſſit, varię sũt cum iuris Cæſarei ac Ponteficij cõſultorum, tũ Theologorum ſentẽtiæ, cum Imperatores, ac Reges idolis ſeruiebant, magorum, ac maleficorum opera & auxilio vtebantur ſine vllo religionis ſcrupulo, quorum exempla ſubditi ſecuti, & ipſi paſſim eos homines quãque impuros in prætio, & vſu habuerunt: ſed cum in huius auxilii, & artis maleficæ cura, & miniſterio, multa vana, abſurda, ac viſu horrenda deprehenſa eſſent, tum propter Dæmonum inuocationes, tum etiam ob miros hominum iſtorum geſtus, & ſuperſtitiones, paulatim etiam ſuccreſcente fide chriſtiana, factum eſt, vt Romanorum Imperatorum legibus, poſteris non licuerit paſſim veneficorum hominum opera vti, ſed demum ſi ita publica quædã, vel priuata utilitas ſuaderet, itaque in Codice Iuſtinianeo habetur lex, quæ à Conſtantino Magno tunc fide Chriſtiana non dum imbuto edita eſt, vbi vult eorum arte licere vti, modo commodo aliquo fiat, quam legem omnes iuris Cęſarei periti receperunt, & potiſſimum Bart. quę tamen ſententia à veritate aliena eſt, & explodenda, cum id fieri non poſſit abſque peccato mortali, vt in explicatione opinionis ſancti Thomæ, ac aliorum Theologorum infra erit manifeſtum.

De iure civili licere uti maleficis, & eorum opera pro cõi vel priuato bono.

L. eorum. C. de malef. & matem ubi glo. dicit eſſe uitium de iure cano. c. illos. 16. q. 2. & c. ex tuarũ extra de ſortileg. ubi dd.

Licere uti malefico illi⁹ qui eſt paratus uenificũ facere. in 4. ſcut. diſt. 35. q. 2. ubi ſuperſtitio. n. 13.

Petrus Aureolus, & Angelica partim conueniunt cum ipſis iuris peritis, & partim ab eis diſſentiunt, aſſerunt enim non licere cuipiam ad ueneficos accedere, ut maleficium alio maleficio ſoluant ſine infidelitatis peccato, ſi quis tamen actu eſſet paratus ad ueneficium perpetrandum, quod eo uti liceat, quoniam conuenit adhibere malum alterius pro ſua utilitate, ac commodo, ſicut iuramentum infidelis iurantis in

nomine

nomine Dei ſui,& accipere mutuo ab eo, qui paratus eſt fœnerari, quare & ſi non liceat adducere aliquem ad aliquod maleficium patrandum, ſi tamen quiſpiã ſit paratus,& certo ſtatuerit re ipſa aliquod veneficiũ facere, vt aliud tollat, fas eſt illud pro ſuo commodo vſurpare,quę ſententia à veritate cum ſit aliena, reijci debet,cum nulla ratione liceat adducere aliquem quantuncunque paratum ad offenſionem diuinam, neque etiam liceat aſſentiri peccanti,quamuis liceat alieno peccato uti,dummodo res ipſa,quę petitur nõ ſit peccatum,differunt enim valde adducere ad peccandum aliquem, & uti iniquitate alterius parati ad peccandum,vt diſtinguitur in uſura, & in iuramento infideliũ, quia illa Diſtinctio non habet locũ niſi in illis,ĩ quib.actio petita põt ab illo parato fieri ſine peccato,ſi vult,& ex iniquitate ſua prouenit, quod apponit ipſe peccatum,tũc enim petens expoſcit opus bonum,ſed quia ille,à quo petitur, non vult niſi cũ peccato rem præſtare,ideò petens vtitur iniquitate paraſti,nec particeps eſt illius ſceleris, nec commiſcet ſe illius peccato,Exempli gratia,Mutuum petens à fœneratore opus bonum expoſcit,mutuum ſcilicet, qđ Vſurarius ſi vellet poſſet ſine peccato concedere, & ſimiliter poſcens iuramentum ab infideli, opus religionis ſanctum poſtulat,iurare videlicet,quod Idolatra poteſt ſi uult,ſine peccato præſtare, verum Deum agnoſcendo,& per illum adiurando.Ad rem uerò noſtram, cum quis à venefico expoſcit, vt veneficium ſoluat, cum ille non poſſit,quamuis etiam velit,ſine peccato id præſtare,propterea peccatum petit, & adducit paratum ad peccandum, digni verò ſunt morte, ſcribit Apoſtolus, non ſolum, qui faciunt,ſed etiam qui aſſentiunt patrantibus, vti egregie pro-

Improbatur hæc opinio.

Argum. c.1.ad Rom.& c. notum.2.q.1.

c. monet. 22. q.1.

bant Syluester, Caetanus, & Nauarrus.

In uer. malef. ff. 8. in ſummula eodem uerbo. c. 2. n. 29.

Alij cupientes hanc controuerſiam ſoluere dixerunt, nullum ſequi abſurdum, vel peccatum, ſi veneficia deſtruantur per opera vana, & ſuperſtitioſa, eo quod liceat retundere vana vanis, quam ſententiam Iacob. Sprenger Scoto attribuit, quod tamen veritati eſt alienum, vt cuilibet patebit, eum in citato loco à Iacobo Sprenger in quarto nempe diſt. 34. q. vnica legenti.

2 par. 92. mallei maleficarũ.

Non licere pro ſanitate acquirenda, uel alia ratione ad veneficos accedere, & eorum remediis uti.

In 4. ſen. diſt. 34. q. 3. eadem diſt. ar. 2. q. 2. q. cu rica. q. 2. ad 3. dub.

Omnes verò Theologorum Coryphæi quæſtionẽ hanc ſine aliqua diſtinctione dirimunt, ſanctus uidelicet Thomas. S. Bonauentura, Scotus, Iouq; Maioris, nulla ratione nos poſſe implorare auxilium Veneficorum pro ſanitate adipiſcenda, immo debere potius omnia mala, & mortem ipſam ſubire, quàm uti eorum ſuffragio, quia dicunt nõ eſſe facienda mala, ideſt peccata, vt eueniãt bona. Extat demum ſummus omniũ Iuris pontificij interprætum conſenſus, nequaquam licere pro ſalubritate corporis recuperanda diabolica, & ſuperſtitioſa remedia adhibere, ſeu quærere, quamuis alia ratione ſanitas obtineri non poſſet, vt patet in c. admoneant, ubi ex S. Auguſtino habetur iſtorum auxilium, meram deceptionem, meraſque Sathanæ inſidias eſſe, ut cap. 2. tit. de ſortilegis, idem improbatur, quia nullam nos cum Sathana commertiũ habere oportet, ſiue directe, & immediate, ut loquuntur, ſiue indirecte, aut etiam mediate fiat, vel tacite, vel expreſsè, nec eius ope, re, aut conſilio adiuuari vllo modo, eſt enim uerus Deus, ad quem nobis ſemper eſt in omni affectione confugiendum; cur enim ita ſtomachabatur, & rectè Elias Propheta, *A Belzebuh conſilium, & auxilium petimus, cum ſit Deus Iſrael?* quare S. Aug. *qui ſine Saluatore ſalutem habere vult, & ſine vera*

Ad Rom. 3.

26. q. 7.

Extra in decretis.

4. Reg. 1.

Lib. 10. de ciuitate Dei 26. q. 11. qui ſine.

va ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus, ſed æger, non prudens, ſed ſtultus, in ægritudine aſſidua laborabit, & in cæcitate noxia ſtultus, & demens permanebit, ac proinde omnis inquiſitio, & omnis curatio, quæ à diuinis magicis artibus, vel ab ipſis dæmonibus in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda eſt, quàm vita, & qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam perditionem tendunt. Idem dicunt Doctores de remedijs Superſtitioſis, Ligaturis, & Appendiculis, quæ fiunt per ipſos faſcinatores, vel maleficos ad ſanandum, vt patet in tex. in d.c. Nec mirum, vbi habetur, quod ad hæc pertinēt ligaturę exacrabiliū remediorum, quas ars non cōmendat medicorum, Ideò Chryſoſt. ait, *citius Mors homini chriſtiano ſubeunda, quā vita ligaturis redimenda*, ex quibus patet omnem Sathanæ, Venificorumq; operam, & auxilium eſſe læthale animæ venenū, ratione pręcepti, quod Deus in Deut. poſuit, & propterea *cane peius, & angue*, vt dicitur, *fugiendum eſt*, cum etiam obſeruatum ſit, paucos admodum ex talibus auxiliis adiuuari, ita ut è decem, qui ad eiuſmodi adiumenta confugiunt, vix, ac ne vix quidem vnus reperiatur, qui opem ſenſerit, immò poſſū verè fateri aliquos me curaſſe, qui cum dolore Iſchidiacho laborarent, & excātationes, vel carmina quędam adhibuiſſent, in deteriorem lapſum, & tandem in mortem incidiſſe. Nec excuſat à peccato quod facta ſit poteſtas à maioribus, ac præſidentibus, quod enim Dominus interdixit expreſsè, & annexum habet mortale peccatum, à nemine licitum eſt fieri, nec licētia de eo dari poteſt quacunque auctoritate id facere iubeamur, vel nobis permittatur, dummodo qui licētiam petit, hoc eſſe prohibitum, & omnem eſſe rationem diſpenſandi maioribus areptam cognoſcat, qui

Remedia ſuperſtitioſa ligaturæ, appendiculi prohibentur. & ad hæc oia.

Homil. 8. ſup epiſt. ad Coloſſen.

Cap. 18.

Licentia ſuperiorū quomodo excuſet à pec. mor.

tamen maiores à peccato excuſari non poſſunt; cum nullus Præſidens, aut Monarca facultatem habeat diſpenſandi homines ne ſeruẽt legem Dei, ſeu naturæ, iuxta gloſſ. ſolennem cap. Non eſt de uoto, & gl. ſuper. c. quanto de Iure Iur. & quamuis pro ſanitate reparãda non liceat Veneficorum opera, & remedia adhibere, Scotus tamen & Io. maioris, omneſque ſummatim ſcribentes conueniunt aliqua ratione fas eſſe ad Sortiarios, ſeu Veneficos confugere, & rogare, vt deſtruãt opus Veneficij, non ex noua cum Dæmone pactione, vel medio alio maleficio, ſed ſignum fœderis, vel inſtrumentum maleficum ammouendo, ad cuius ablationem ex fœdere initio cum Sathana, ipſe Dæmon deſinit à læſione Veneficiati, & eadem ratione licere cuilibet talia inſtrumenta, & ſigna auferre, & deſtruere, vel ſoluere, ſi ea ſciat vel reperiat, nec dumtaxat licitum eſſe verum, & mercede dignum opera Sathanæ delere, nec hac in re ulla infidelitas intercedit, quoniam diruens ac euertens, non acquieſcit operib. prauis, ſed exiſtimat demonem poſſe, & velle fatigare, dum tale ſignum permanet, & ablatio deſtructioq; illius inſtrumenti, vel ſigni finem imponat uexationi: quapropter in hac re valde hallucinatus eſt Io. Bodinus, qui arbitratus eſt, non licere inſtrumẽta hæc diabolica, ſeu venefica, vt cerea ſimulachra, ſemina, oſſa, & alia ſimilia perquirere, quæ Venefici opera Demonum recondunt ſub liminaribus oſtium, vel aliis in locis, vt putant, ait, Bodinus, cauſa interimendi homines, vel animalia, ne homines exiſtiment huiuſmodi res habere uim illam interimendi, vt optat Sathan, vt omiſſis Dei, & Eccleſiæ auxilijs, in his inutiliter tẽpus cõteratur, quod probat exemplo ſancti Hieronymi, qui vt in eius vita legitur, noluit laminam æneam po-

4. ſen. di. 34. q. vnica.

Licitũ eſſe rogare maleficos vt deſtruant ſignũ pacti, & iſtru. malefica.

In li. de magorum Demonomania. c. 5.

Opinio Io. Budini imqrobatur.

poſitam ſub limine oſtij eſſe amouendam, ſed præcibus tantum ad Deum fuſis veneficio affectam ſanauit: ſed cum ex ſententia Theologorum, ne Summiſtarum dixerimus licere, & meritorium eſſe opera dæmonis deſtruere, ideo hanc in re Bodinus errat, verum quidem eſt, quòd ſi quis quæreret talia inſtrumenta arbitrando omnem vim læſionis, & interitus in illis exiſtere, grauiter peccaret, & eſt ab omnib. reiectum, vti docet Nauarrus, *qui* (inquit) *credit effectum illum, qui ex operibus Magorum diuinantium, & incantatorũ procedit, etiam ſi ad ſanitatem perueniatur, virtute verborum vel rerum, quas applicant effici peccat*: quando huiuſmodi res iuxta naturam ſuam ad ſimilem effectum producendum tali virtute careant, quoniam talem effectum Dæmon efficit per alias cauſas naturales quaſ adidob pactum expreſsè, vel tacitè cum excantatore conuentum applicat, ex S. Thoma, & S. Antonino, & reliquis omnibus, & quamuis D. Hieronymus prohibuerit amotionem illius laminæ, hoc egit, ut manifeſtum eſſet, curandum eſſe ægrotantem diuino auxilio, non autem humano, quod in remotione illius laminę vim ſuam habebat, & ex hoc exemplo non probat, q̃d requirere huiuſmodi inſtrumenta non ſit licitum, cum plures ſint modi curandi hos Veneficio affectos, Diuinus nempè, Humanus, ac Dæmoniacus; Ideo ſi Sanct. Hier. adhibuit diuinum remediũ, non prohibuit humanum, de quibus remediis fusè in Tractatu de Morbis veneficis, Deo Dante, agam.

et

in c.11.n.14.

2.2.q.69.ar.1. 2.par.t.12.c.2. in 2.diſt.7.

Me-

Medicis conuenientem mercedem ſoluere nolens peccat. Cap. IIII.

VAs electionis Paulus Apoſtolus ſcribens ad Co
In epi. 1. c. 3. rinth. dixit, *vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, dignus enim eſt operarius mer-*
Omnem laborem requirere præmium. *cede ſua, & iuſtum eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium,* vt ha-
In 12. q. 2. charitatem. & 1. q. 2. ſacer. betur à S. Gregorio: Ideò Cicero teſtatum reliquit, *iuſtum ac honeſtum laborem honoribus, præmijs, ac ſplendore decorari*. Quis noſtrum exercitationem corporis ſuſci
L. 1. de orato. pit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſe-
Lib. de finibus bon. & mal. Princ. quatur, quare & Caſſiodorus ait, *Nutriunt præmiorum exempla virtutes, non eſt quiſquam, qui ad morum ſummam nitatur aſcendere, quando irremuneratum relinquitur, quod*
Lib. 1. epiſt. *conſciētia teſte laudatur, quis enim inquit Diuus Paulus mili-*
Ad Cor. epi. 1. c. 9. *tat ſuis ſtipendijs unquam? quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non man-*
Deut. 25. *ducat*, ſcriptum eſt. n. in lege Moyſi, *non alligabis os bouis triturantis in area fruges tuas,* quapropter ægrotantes,
Medicorū mercedem nō ſoluentes p. mor. vel quicunque alij, qui opera medicorum uſi ſunt, & ab eis auxilia, cum in viſitando, tum in dandis conſilijs receperunt, conuenientem mercedem eis etiam reponere debent, quam ſi conuenienti tempore ſecūdum loci conſuetudinem ſoluere renuant cū poſſint, crimen morte dignum admittunt, quoniam agūt cōtra præceptum Domini in leuitico. vbi præcipit, *non*
Cap. 19. *morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane*, & vt habetur 14. q. 5. *Imolans, qui defraudat mercenarium mercede reus eſt, ac ſi eius ſanguinem funderet*, dictū autem eſt conuenienti tempore, quia mercedem ægri, vel alij

morari

morari non debent quouſque ipſis libuerit, auaritia, vel ignauia quadam ducti; ſed eam ſtatim perſoluere tenentur, vel quanto citius fieri poteſt, ut mandat ſapiens *ne dicas amico tuo vade, reuertere cras, cum ſtatim poſſis dare*, quod præceptũ etiam inter alia Thobias ſenior filio ſuo reliquit, *quicunque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat* ſed res eò radacta eſt, ut in ſolutione mercedis ægrotantes frequentius peccent non dependendo mercedem, vel minorem quã conueniat, quam medici maiorem, quam par ſit exigendo, ita vt longè abſit à verò illud, quod ſcribit Tiracq. *non eſſe videlicet Artem æque frugiferam, & ad diuitias breui parandas, tam præſentaneam, quàm Medicam*, id probans auctoritate Iſaię annuentis ſolos ferè Medicos eſſe locupletes, & omnium rerum minime indigentes, cum dicat, *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis neque ueſtimentum*, & auctoritate etiam Acurſij, Dat Gal. opes, &c. Nam vt egregiæ ſcripſit Iuuenalis, *Scire volunt omnes mercedem ſoluere nemo*.

Cap. 5. In prouerb. Cap. 4. Artem medicã non eſſe hoc tẽpoſe, vt alias frugiferam. De nobilitate c. 31. n. 379. Cap. 3. In Proœm. ff. Saty. 7.

Miniſtri dantes, vel facientes aliquid cum graui damno ægri grauiter peccant, & irregularitatem contrahunt, & Ideo Medicos ſacris initaturos à Pontifice abſoluendos eſſe, Arſque Medica Sacerdotibus eſt prohibita. Cap. V.

Qvamquam miniſtri ægrorum, à Medicis aſſidentes dicti, prudentes, ac rei gerendæ idonei eſſe, & omnia ſedatè, modeſtè, & placidè, quæ facere expedit,

Aſſidẽtes quales eſſe debeãt.

expedit, præſtare debeant, & ad rem ipſam optime peragendam ualde conducat, ipſos non iracundos, moleſtos, deſideſue eſſe, cum ab huiuſmodi vitiis offendi quàm maxime ægri cõſueuerint, ſed comitate, ſedulitate, & gratia officioſiſſimos ſe præbere, nihil quicquam aliud præter vitam ægri ſanationem cogitantes; inter cætera tamen obſequentiſſimos eſſe, & vt iuſſa miniſtrẽt, & in tẽpore oĩa faciãt expedit, ut nihil temerè, petulanter, nihil incautè, & ſua voluntate aggrediãtur, & moliãtur, ut auctoritatib. in Secundo hui⁹ Secũdi Libri Capite facillimè probari põt quòd ſi ꝓprij muneris oblitia, ſiq̃d in cibo, uel ĩ potu ægrotis præbeant, aut aliquid quidpiam faciant conſulto & voluntate, aut ignorantia, quæ excuſari non poteſt, ex quo graue damnum ægroto euenire poſſit, letifero peccato ſe aſtringunt, auct. Innoc. & potiſſimum ſi eis à Medico prohibitum fuerit, ſed ſi quod dant, aut faciunt, parum inferat damni, peccatum non commiterit niſi venia dignum, quod quidem erit grauius, uel leuius pro magnitudine, vel paruitate damni, & ſi ex eorum adminiſtratione, vel facto detrimẽtum ſequatur inſigne aut mediocre, atque etiam leue in irregularitatis cenſuram incidunt, quæ contrahitur etiam ex culpa leui ſine capitali delicto, non autem cũ cauſa eſt leuiſſima, aut minima, in quam tamẽ ſępe incurri facilè poteſt ſine ullo peccato, ut cum iuſtus Iudex adminiſtrandæ Iuſtitiæ cauſa, reum iuſtiſsimè morti adiudicat, quamuis mereat, irregularis tamen efficitur, munus enim illud, & ſi iuſtum, indecẽtiam ſecum affert. Itaque medicus, qui velit ſacris initiari, cum ſit difficillimum cauere irregularitatem, debebit à Pontifice maximo abſolui, & qui Sacerdotij officio funguntur, debent eſſe valdè cauti in curatione, ac admi-

Miniſtri dãtes vel facientes aliquid cũ graui dãnò ęgroti mor. pec.

In c. tua de homic. arg. c. fin. de iureiurãdo & l. quis occidit. ff. ad l. aquiliam.

Miniſtros errãtes pecca. poſſe graui⁹ & leui⁹

Miniſtri ubi concidant in irregularitatẽ.

Irregularitas contrahi ſine pec. poteſt.

Medicus ſacris initaturus petat à Pontifice abſolutionẽ.

Sac. cauti ſint in uua, & miniſtra. ægrorum.

niſtratione ægrotantium, ne quid faciant, vel ommittant, cuius cauſa irregularitate afficiantur, præſertim ſi ipſi officium Medici ſummere velint, conſulendo, vel medicamenta, aliaque auxilia præſcribendo, cũ ars Medica, & præcipuè ea, quæ manu medetur, eis interdicatur excepto neceſſitatis caſu, qui nulli ſubiacet legi, Ars autem Medica ſacerdotibus eſt prohibita, ne illius ſtudio vacare poſſint, ex quo enim ſtudiũ interdicitur, ars etiam ſatis prohibitur. arg. l. Oratio, ibi not. per Io. And. Prohibetur verò ſtudium medicinæ ne ipſo occupati relinquant ſtudium Theologię, ne ue ſi religioſi ſint, exeant clauſtra, quòd ſi fortè medeantur id gratis facere tenentur, ut patet. 33. diſt. iis igitur, vbi habetur, *nec clerici, nec Religioſi pro Medicina munera accipere debent.*

Artem medicam ſacer. prohibitã & max. chirurgicam cuius cauſa reditur. ff. de ſponſ. & c. tuæ de proc. & c. cum quid.

De reg. iur. l. 6.

In d. c. non magnopere & d. c. ult. ne clerici vel monaci. Sac. med. nihil acri poſſe poſſunt.

Sanitatem cæteris rebus præſtare probatur, pro qua conſeruanda vtrum ſani arte Medica egeant, diſputatur, & pars affirmatiua probatur, concluditurque ſanos debere ſeruare mediocritatem in victus ratione, qui ſi aliquid edant, vel bibant cum graui damno ſalutis corporis grauiter peccant. Cap. VI.

IN hac rerum humanarum mira fragilitate, ac varietate nihil præſtabilius, nihil optatius, nihil iucundius corporis bona valetudine excogitari, uel inueniri poſſe, nemo eſt, qui ignoret, *cũ citra ſanitatẽ*, vtiquit Hipp. *neque diuitiarum, neque corporis, neque ullius alterius rei, vlla ſit voluptas, aut fructus*, ita ut ex Eccleſ. *potior ſit pauper ſanus, & bene ualens, quàm diues affecto corpore,*

Sanitatem in rebus humanis primum locum obtinere præſtantiæ, ac Iucunditatis.

Lib. 6. de ſalubri dieta.

re, & imbecillis, & melius ſit corpus validũ, quàm cenſus immenſus, non eſt enim cenſus ſupra cenſum ſalutis corporis, ſanitas & incolumitas præſtant vniuerſo auro, & valens corpus immenſis opib. nullæ diuitiæ meliores ſunt ſanitate corporis, neque ulla ſentitur uoluptas ſine animi lætitia, quam conſequi non poſſumus, dũ corpus ęgrotat Teſte Democrito ſcribẽte; *neque mens alacritatem habet ad virtutis meditationem, morbus enim præſens animam uehementer obſcurat, intelligentiam ad affectionem per conſenſum ducens*. Bonam valetudinem comendans grauiſſimus auctor Plutarchus, ſanitatem maximè diuinum longeque blandiſſ. eſſe vitæ condimentum, præcioſiſſimamque rem bonam valetudinem eſſe, vt grauiſſimè, ſic certè doctiſſimè affirmauit. Plato etiam ille diuinus deſcribens bona humana numero dixit eſſe quatuor, primum locum ſanitati tribuit, proximum formæ, tertium viribus, vltimum diuitijs, recto quidem ordine, ſapientiq; vſus iudicio vir ſapientiſſimus, quod intelligeret dempta ſanitate, reliqua tria bona nullo nobis vſui futura, Ideo Maximus Tyrius Platonius aſſerit uetuſtũ olim carmen fuiſſe, quod in ſupplicationibus canebatur: *Beatorum antiquiſſima ſanitas, in reliqua vita tecum ſim*, hunc verò præcioſum, ac amabilem Theſaurum ſine Medicinæ legibus cuſtodire non poſſe doctiſſimè Galenus oſtendit plurib. in locis, in primo. n. de Vict. rat. ĩ a cut. ait, *ſani indigent ea arte non quæ ad conſequendam ſanitatem præcepta tradat, ſed præſentem conſeruandam*, & clarius, & explicatius in 1. de ſanit. *ſi impatibile nobis, nec ulli affectioni obnoxium eſſet corpus, nullam deſideraret artẽ, quæ eius tutelæ præeſſet, ita nunc cũ inumerabilib. affectib. ſit expoſitum, certam ſibi depoſcit artem, quæ & eius incommoda proſpicere, & ipſum ab eis tueri poſſit*, ſed queſo quid aliud

De nat. hum.

Lib. de tuen. ualetudine.

Lib. 1. & 2. de legib. & 6. de repub.

4. optata Platonis.

Ib ſer. 41.

Pro ſanct. conſernanda opus eſſe arte med.

Cap. 1.

ars Medica intendit niſi ſanitatem, cum eam ſibi ipſi pro ſcopo ſtatuerit, vt pluribus in locis teſtatur Galenus, ita vt inane, ac inutile uideatur in dubium reuocare, an ſani victus ratione præceptis Medicorũ ſubijci debeant, cum ſanitas ita vtilis, ac præſtans ſit, vt ſine legibus medicis difficulter admodum conſeruari poſſit, quoniam tamen multi quibuſdam apparentibus rationibus decepti, & auctoritatib. deluſi, ſanos homines à legibus Medicinæ reuocare ſtudent, operæ prætium eſt, illas rationes & teſtimonia in mediũ afferre, vt tãquam in trutina poſitis, & cuius facultatis & ponderis ſint inuentis, quid in hac re maximi momenti ſit pro veritate credendum pro viribus ſtatuere poſſimus. Primo loco itaque illud, quod vulgo circumferri ſolet, *omnia ſana ſanis*, & *omne, quod ſapit, nutrit*, adducunt illi, qui tueri & nullis ſubiacere legib. ſanos debere profitentur. Secundo ſuam opinionem auctoritate C. Celſi inter latinos Medicos principis tueri conatur de victu ſanorum ſcribentis, *ſanos nullũ cibi genus fugere, quo populus utatur interdum in conuiuio eſſe, interdum ab eo ſe retrahere modo plus, modo non amplius aſſumere eſſe conueniens*, his addens, quod *ſanus homo, qui bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis ſe obligare legibus debet, neque Medico, neq; Alipta egere*. Tertio hanc eandẽ ſententiam Teſtimonio Auicennæ comprobare nitũtur, qui aſſerit, *ſunt autem plures complexiones inæquales, quibus competunt cibi mali, & illaudabiles, vtatur ergo eis homo ſecundum vſum, & conſuetudinem ſuam, nec ſunt appetitus, & declaratio cibi ommittendi*. Quartò magis opinionem ſuam roborare teſtimonijs ſacrorum Euangeliſtarum exiſtimant, ſcribitur enim. *Non eſt opus valentibus Medico, ſed qui malè habent*, etiam non neceſſe habent ſani Medico, ſed qui male habent. Poſtremo auctoritatem

L. ad Traſib.
L. de opt. ſecta.

Sanos legib. med. non eſſe ſubiiciendos.

In li. 1. c. 1.

in 2. par. cant.

Matth. c. 9.
Marci c. 2.
Lucæ. c. 5.

In quadã epi.

Petri Rauentis pro eorum partibus tutandis adducere poſſumus, qui ſcriptũ reliquit, *qui pro libito ſuo uiuunt & ſemper ſunt uegeti, quidam à regulis Hippocratis non deuiant, & aſſidue ſunt infirmi*, quibus rationibus, & auctoritatibus priuſquã faciamus ſatis, operæ prætium eſt vt veritas oppoſitæ opinionis magis eluceſcat, Sanos nempè ex Medicorum inſtituto, ut conſeruetur corporis ſalubritas, opus eſſe viuere, vt denuo non ſolum Galeni, verùm & Hippocratis, aliorumque Medicorum manifeſtas ſententias adducamus, interim omiſſis illis, quæ in capite primo huius ſecundi libri ad probandum fines vitæ noſtræ ope medicinæ produci poſſe citauimus, Gal. atque ait, quod Medicus in ijs, qui ſani ſunt duplex finis proponitur, nempe uel corpus ſanum in priſtina eius temperie tueri, vel etiam hanc meliorem reddere, quod quidem mea ſententia conſequi haud poterit ille, qui ſuo nutu, & pro animi ſui libidine, & voluntate viuere velit. Quare Hippoc. atteſtatur, *qui ſalubritatem corporis habent, cum per Medicamenta purgantur, citò exoluuntur, & qui prauo utantur cibo*, Rabbi Moyſes *Conſulo* (inquit) *omnib: ſapientib. vt non ſit eorũ conſiliũ ſicut cõſilium Brutorũ, qui petunt tantũ rem ſapidam, ſed oportet quemlibet probare cibos, & quos inuenit ſibi noxios effugiat*, quod itidem eſt ſcriptum a Principe Mauritanorum, *quoties appetitus deſiderat cibum malum dimittatur comeſtio eius, & ſi intentio fuerit firma ad illam rectificetur cum contrario complexionis eius*. Commẽtator Auer. & ipſe fuit eiuſdem ſententiæ, ubi ait, *Impoſſibile eſt ſanitatem aliquo modo conſeruari niſi pẽr cibos temperati chimi. i. ſucci, & quantitatis, & ſecundum modos receptum &c.* & melior modus ciborum eſt, ut comeditur ſecũdum modum medicinalem. Quid clarius haberi poteſt? Vniuerſam tamen ſuſtentandę ualetudinis rationem,

[Margin notes: Sanos pro cõſeruatione ſanitatis viuere debere medi. legibus. — in 5. met. med. — Li. 2. aph. 36. — in 17. par. aph. — In 2. par. Caut. — L. 7. collec. c. 1. — Lib. 2. offic.]

nem, vnus omnium optimè tradidiſſe Cicero Latini Eloquij & Pater,& Princeps eſt viſus, *Suſtentatur vale tudo*,ait,*notitia ſui corporis, & obſeruatione earum rerum, quæ res,aut prodeſſe ſoleant,aut obeſſe,& continentia in victu omni,atque cultu corporis tuendi cauſa,& prætermittendis uo luptatibus:poſtremo arte eorum ad quorum ſcientiam hæc pertinent*.quid hac ſerie copioſius,elegantius, ac vtilius; dici poſſit, no n video. Nec ab hoc ſenſu diſcrepaſſe D.Auguſt.legere eſt,ubi aſſerit, *in ipſis alimentis, quæ utique conceſſa ſunt,ſi fortè quis excedit modum, & accipit amplius quam eſt neceſſe,peccat*;Socrates etiam, vt ad aliam auctorum ſectam ſermonem conuertam, mane bat,vt cauerent ſibi homines à cibis,qui non eſurientes ad edendum,& à potibus,qui non ſitientes ad bibendum alliciunt,Gorgias interrogatus, quonam vſus genere victus in tantam ſenectutem progreſſus eſſet,nihilunquam voluptatis gratia,ſe aut comediſſe, aut feciſſe dixit;Democritus uerò dicere erat ſolitus, *homines à Deo ſanitatem petant, ignorant autem quod poteſtatem eius penes ſe habeant:nam per incontinentiam facientem ei contraria,ipſi deſertores ſanitatis exiſtant*, ex quorũ grauiſſimorum virorum auctoritate manifeſtum eſt, continentiam ſobrietatem,& aliquem ciborum dele ctum pro ſanitate tuenda eſſe neceſſarium, nec appetitui effrenato,ac propriæ cupiditati eſſe indulgendũ, cum id etiam Gal.ſuadeat,qui aſſerit,*cura ſedulo ut con tinentius viuas hodie,quam heri*.Quare reliquum eſt, ut ea quæ aduerſus hanc poſitionem adducta ſunt dilue re aggrediamur; cum etenim primo loco dictum ſit, *omnia ſana ſanis exiſtere*, reſpõdemus ſi hoc dictum ita indifferenter, & ſine diſcrimine intelligatur omnino eſſe falſum,quod videlicet cuilibet homini ſano, quilibet cibus,uel potus conueniens ſit, cum penes diuer-

In li. de decẽ chordis.

Xenoph.lib.1. de factis & dicticis ſocratis.

L. de cognoſc. curq; aĩ affectis Reip. ad ea, q̃ probant ſanes non egere regulis medici.

Ad Primum. uerſitatem temperamentorum, ætatum, ſexuum, temporum, ac regionum, cibi & potus variari debeat pro corporis ſalubritate conſeruanda, ut optimè dixit Hippocrates, vt ſani ſint homines, oportet, & ad ætatem, & ad tempus anni, & ad corporum ſpeties, ac habitus diætas conſtituere. At ad illud, *q; ſapit nutrit*, dicimus, ſi quod ſapit vitioſi ſucci eſſe conſtet, uitioſum etiam præſtabit alimentum, cuius ratione æger homo ſanus degere poteſt, ideò egregiè ſuperius fuit demonſtratum pro ſalubritate corporis ſuſtentanda proprio palatui non eſſe credendum, aut reſpondere poſſumus, quod ſapit nutrit, ſcilicet, ſi quod ſumitur ſit boni ſucci, & homo ſit verè ſanus, ut declarat Auic. ſcribẽs, *oportet te ſcire, quod nutriens eſt, quod melius ſapit, propterea quod ſtomachus, & virtus retentiua uehementer ipſi applicatur, cum bonæ fuerit ſubſtantiæ, et membra omnia principalia ſecundum complexionem propinquam ſibi ad inuicem conuenientia, & ſana, & non ſint multum diuerſa in complexione pluſquam exigit res naturalis.* Auctoritati Cor. Celſi ſatisfacere poſſumus cum Galeno, verum eſſe in corpore exquiſitè ſano, & valido nihil nouare audendum eſſe, & ideò victus rationem conſuetam in hoc ſeruandam eſſe, & nihil innouandum, cum teſte Hipp. *Quæ longo tempore conſueta ſunt, & ſi deteriora inſuetis, minus moleſta eſſe ſoleãt, quod* fuit & à Raby Moyſi relatum his verbis, *conſuetum conſilium cibi & potus in conſeruatione ſanitatis, res bona eſt, & tuta*, fateor ergo qđ iſte poterit uti cibis pro more ſuo, vel patriæ moderatè tamen & cautè. Verum quia Cel. intelligit de exactè, & verè ſanis, & hi perpauci admodum exiſtant, quare & paucisſimi admodũ erunt ſani, qui regulis Medicorum pro tuenda bona valetudine non egeãt, ſanos enim eſſe dicunt, ut teſtatur Gal. qui nec parte

[Margin notes: lib. de ſalu. diæta. — Ad 2. in li. 3. fen. 3. Doc. 2. c. 1. ſ — Ad 3. — li. ad Trhaſyb. — 1. lib. Aph. 50 — Sani qui dicãtur. 6. de ſan. tuen. c. 5. & 1. de mor. diff. c. 2.]

aliqua corporis dolent,& ad vitæ munera haud quaquam ſunt impediti; pariter qui corporis ſtatu illæſi ſunt, cũ nec ab externis occaſionib. facilè in morbos incidunt,ne c ab internis, ſed quis eſt hic,& laudabimus eum? immò,& exquiſitè ſanus etiam eget, vt in victus ratione habeat aliquam ſui rationem,cum non ſemper immò breuiſſimo temporis ſpatio in eodem permanere poſſit ſtatu,vt eſt docta Galeni ſententia, ſcribentis,*ſi enim ex toto integrum,illæſumque corpus duraret,taleque quale ipſum ab initio creator fabricatum reliquit, correctore nunquam egiſſet, at nunc cum diffluat ſemper, atque diſpereat aliquo præſente obſeruatore indiget, qui & quod diſſipatur,quantum qualemque ſit, cogniturus ſit,illicoque talè, ac tantum viciſſim reponens inſtaurabit*, quare manifeſtum eſt etiam exactè ſanum corpus pro conſeruãda ſanitate op⁹habere Medi.moderatore, quidquid dicat Celſus.Nec auctoritas Auicennę quidquã officit noſtræ aſſertioni:nam ſi qui ſint qui temperamenta habeant,vt ait Aui.inęqualia,quib.aliqui cibi illaudabiles,& improbi ſucci conueniant,ut ad æqualitatẽ uidelicet reducantur,hos quocunque modò nutriendos eſſe non aſſerit Auic.ſed cum nõnullis cibis, qui ipſis conueniant,& præſertim cum uerè ſani nuncupari minime poſſint, ideò ad conſuetam victus rationẽ hoc Auic.remittit.Tandem ſi dicta Euan. recte exponantur parum,vel nihil eorum opinioni opitulari apertum erit:nã Euang.ſancti de cura, ac de medi. ſpirituali,nec non morbis animæ verba faciunt,quod ſi etiam ad ſenſum literalem placeat eos intelligere, dicamus ſanos non egere Medico ad curationem vilicet morborum, cum nullo morbo vexentur, ſed ægroti qui à morbis affliguntur, non negandum tamen ſanos non egere Medico ad tuendũ ſalubritatem,

L.ad Trhaſyb.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

tẽ,& vt etiam auctoritatem Petri Rauenatis parũ illi fauere cognoſcant,reſpondere poſſumus,quod qui ꝓ libito ſuo viuunt videntur à regulis medicorum declinare,cum tamen re vera non recedant ab eis,qui ſi receſſerint diu ſanitate integra non fruerentur.& qui aſſidue ægrotant,& præceptis Medicis uti profitẽtur ſæpenumero decipiuntur,quoniã Gal. aſſerit aliquos aſsidue ægrotare non ob proprium corporis ſtatum, ſed propter vitioſam victus rationem, quam tamen ipſi conuenientem eſſe arbitrantur,& quamuis etiam in victus ratione medicorum conſilia ſectentur, ęgrotare nihilominus poſſunt propter proprium corporis ſtatum, ut quando membrum aliquod principale in temperie aliqua ualida,&firmata laborat,vel cum varia membra uarijs intemperantiis inuicem pugnent, uel etiam ratione ambientis nos aeris aliqua praua, vel intenſa qualitate affecti,aut alicuius animæ paſſionis,quę exacta etiam ſeruata uictus ratione, morbos protrahere,& augere ualent. Quibus auctoritatibus cum ſit ſatisfactum ab omni dubio remanet libera noſtra aſſertio, negligendam nempè non eſſe ſanitatem,& in cibo, & potu modum,& delectum aliquem eſſe habendum, vt incolumitas corporis conſeruetur:nec ob hęc ſanos exactiſsime cuidam uictus rationi ſubijciendos eſſe volumus,quoniam,ut Plutarchus in ſalubribus præceptis memorię prodidit, exacta quidem illa,& vehementer ad unguem,ut dici ſolet,obſeruata victus ratio,ſimul & corpus formidoloſum reddit,ac periculis obnoxium, & animi frangit uigorem,& alacritatem,dum omnia negotia refugit, dumque non audet nec in uoluptatibus,nec in laboribus verſari,dum omnem rerum adminiſtrationem ſuſpectam habet,neque quicquam confidenter,ac in

Li.de ſan. tue. c.5.

Pro ſanitate tuenda mediocritatem ſeruãdam eſſe in uictus ratione.

tre-

trepidè aggreditur, verum oportebit corpus non aliter, quàm nautæ velum, qui neque contrahere ſereno cœlo, neque vehementer premere, neque rurſum laxatis vti linteis, & negligenter, ac ſupinè agere ſolet, cum ſuſpitio ſit tempeſtatis, ſed obſequi conueniet quaſi tempeſtati, ac leue corpus reddere, quapropter conuenientem, ac debitam obſeruatiam in victus ratione adhibendam eſſe, Hippocratiſque præceptum ſeruandum eſſe iudicamus, & ſuademus, qui ita ſcribit, *Labor, Cibus, Potus, Somnus, Venus, omnia mediocria ſunto*, mediocritas profectò eſt, quæ ſanitatem cuſtodit, quæ corpus vegetat, quæ firmum, ac ualidum, minimeque morbis obnoxium reddit, quæ excrementa gigni prohibit, ac denique vitatur tutatur & prorogat. Lib. 6. de mor. popul: par 4. Aph. 2. com.

Quod ſi ſanus homo aliquid edat, vel bibat ſciens, aut credens aliquod graue malum ſalubritati ſui corporis euenturum, peccatum admittit notandũ, quod plerunq; erit de genere mortalium, quare tantò maius, minuſuè peccatum erit, quãto maius, vel minus erit damnum, quod ex eo euenit, vel euenire poſſit, cũ nos non ſimus Domini ſanitatis, & vitæ noſtræ, ſed Deus ipſe benedictus ui affirmant Sanctus Antoninus Thab. & Nauarrus. Edens vel bibens cum graui damno ſalutis corpis grauiter peccat. in 3. par. tit. 7. c 2. ff. 55. 3. uer. mod. c. 1. n. 13.

Vtrum in curatione infirmorum melius ſit plures uocare Medicos, vel vnum tantum. *Cap. VII.*

NOn inutilis inter Doctores vertitur Diſputatio, an in curandis ægris ſatius ſit plures conuocare Medicos; an vni ſoli negotium ipſum credere. Qui plures Medicos accerſendos eſſe arbitrantur, aliqui- Plures medicos in curationibus adhibẽdos eſſe probantur.

bus ſacrarum literarum Teſtimonijs ſententiam ſuã tueri poſſunt; ſapiens in Prou. aſſerit, *erit ſalus ubi multa conſilia ſunt*, & alibi, *cogitationes conſilijs roborantur*, Ieſu Syrach, *ſine conſilio* (inquit) *nihil facias, & poſt factum non pœnitebit, & melius eſt eſſe duos, quam vnum*, Ariſt. etiam huic opinioni aſſentire videtur cum dicat, *unusquiſque de ijs, quæ per ipſum agi poßunt, conſultet*, & paulo infra addit, *de ijs, quæcunque per nos fiunt, neque ſemper eodem modo eueniunt, conſultamus, vt de ijs, quæ ad Medicam artem ſpectant, &c.* magis ẽt in artib. quam in ſcientijs eſt conſultatio, eo quòd in ipſis magis ambigere conſueuimus, ad difficiles verò res conſultores adhibere ſolemus nobis ipſis diffidentes, quaſi ſufficere ad diſcernendum ſoli nequeamus: hanc medicorum multitudinem Hippocratem quoque laudaſſe conſtat ex libro de præcept. med. vbi aſſerit, *ſi Medicus ſit anceps eò quòd morbus aliquis grauis ægrum moleſtia præmat, alios medicos conſulere debet, quò ex communi conſideratione res circa ægrum inquirantur, ac cognoſcantur, & illi fiant ad auxilij ferendi facultatem erectiores*, monet tamen medicos ne in cõgreſſib. vnquã cõtendãt, nec mutuis cõuitijs decretare velint, & ex diſſenſionibus glorioſè vulgi gratiam captare: priſcis temporibus in more poſitum fuiſſe unà plures Medicos accire, patet ex Galeno qui ait, *quòd Medicorum controuerſiæ iuſtam ignorantiæ ſuſpicionem oſtendunt, concordia verò inter eos magnam cognitionis ſpem demonſtrant*, præter quod & ipſe multos caſus recitat, in quibus alios ſe habuiſſe Medicos ſocios fatetur, quos & libenter ſe ſuſcepiſſe indicat; hanc eandem ſententiam ſequutus eſt Archiepiſcopus, tutius nempè & melius ægro conſultum eſſe in curatione plures habere medicos ſi poteſt, quam vnum, quod & auctoritate Ariſt. & rationibus perſuadet, Ariſt. n. ſcripſit.

Cap. 4.

In Eccl. c. 20.

Cap. 22.

In li. 3. mor. nicomach.

In 1. de uict. rat. in acut. com. 15.

Lib. x. meth. c. 3. & alibi.

In 3. par. tit. 2. cap. 2. ff. 6.

in quadã epi. ad Alex.

ſcripſit,*ne vni medico fidas, poteſt enim tibi detrimentum afferre, & nullo negotio audet nefas aggredi, quare ſi quod pharmacum tibi accipere expediat, id facito conſilio multorum*, ex rationibus verò quas affert, prima conditioni artis medicæ inititur ita, ſuppoſito prius medicam artem inuentam eſſe per adiumentum vnius ad alterū, & per iuuamen poſteriorum ad priores, quare quemadmodum abſolutio artis medicæ eſt inuentio, quæ conſtat multorum experiētia, ita curatio perfecta fieri debet per colloquia, & ſententias multorum medicorum. Altera vero ratio accepta eſt à conditione, & qualitate morbi: nam cum aliquando ægritudo vni medico occulta ſit, quæ alteri patebit, propter ſigna quæ ipſe diligentius obſeruauerit, & melius nota habuerit, propterea magis tutum eſt habere plures quā vnum. Vltimam tandem rationem deſumit à conditione ægroti: nam quāto in ſtatu maiori erit infirmus, tanto in maiori periculo verſatur, cum Principes viri vt plurimum ſint in magno odio, & inuidia, quare, vt curatio ſit ſtudioſior, & vt procul ſit omnis ſuſpitio, tutius eſt, vt homines nobilioris conditionis plures medicos habeāt. Quæ rationes, & auctoritates & ſi multi ponderis eſſe videantur, non minoris fortaſſe erunt & illę, quæ contrarium oſtendunt, melius ſcilicet eſſe, ac utilius vnum uocare medicum, quam plures, ſcriptum eſt enim in Eccleſ. *multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de mille*, & alibi, *ne oblecteris in turbis*, Io. Damaſcenus inter Arabes medicus præſtantiſſimus apertè dixit, *ægrotum uni probo, & docto medico, & non pluribus committendum eſſe*; Ariſt. Peripateticorum Princeps ſcriptum reliquit, *vnum opus ab uno perficitur optimè*, de proprijs maximè curatur, de communibus autem minus, duo enim ſunt, quæ faciunt maximè ſolli-

Vnum tantum uocandum eſſe medicū probatur.

Cap. 2.

Cap. 18.

Lib. Aph.

Aph. 46.

Lib. 20. Polit.

citæ curare homines, & diligere proximum & dilectum, ſed ſi pluribus medicis cōmittatur actus curationis, cōmunis redditur, & curati dilectio remittitur: æger itaque uni tantū medico credendus eſt. Præterea memoriæ proditū eſt pluralitatem medicorū ab Alex. Seuero Imp. reprobatam fuiſſe, quæ præter legis præſcriptū, vt quidā recentior ſcribit, eſt odioſa: quare ne turba medicorū domeſticos ſuos & aulicos interficeret, uni tantum medico ſalarium ſtatuiſſe. Plinīu quoq; eiuſdem fuiſſe opinionis patet, qui agēs de origine medicinæ, ac de medicis, ait, *hinc circa ægros miſerè ſententiarum cōcertationes nullo idem cenſente, nè videatur acceſſio alterius, hinc illa infelicis monumenti inſcriptio, turba modicorum ſe perÿſſe*, quam inſcriptionē accepit Plin. à Menādro, cuius vt nonnulli putant hic ſenarius eſt, quamquam ponatur tanquam incerti auctoris lib. 2. epigrammatum græcorum.

Lib. 29. Cap. 1.

Multorum medicorum ingreſſus me perdidit,

Cui conuenit quod de Adriano Imperatore refert Dion. ille enim dum moreretur, illud in popolo iactatum pronunciauit, quod deſumptum videtur ex illis grecorum ſenarijs Prouerbialibus.

Multi duces cariam perdiderunt,
Multi autem medici Regem perdiderunt.

Lib. 29. c. 11. Idē refert etiam Cæl. Rod. paucis mutatis, moriēs vero Adrianus illud vulgo fre quens inſuſurrauit.

Turba mediocrem interfecit Regem.

In lib. de fin. Li. 2. Eneidū. Multitudinem mediocrū comprobaſſe videtur etiā Cic. ac Verg. dum ille dixit, *Quot capita, tot ſententiæ.* Et iſte. *Scinditur interea ſtudia in contraria vulgus.*

Solutio conciliatoris plures vocādos eē medicos uno principali facto. Conciliator, vt han c litem dirimeret, contrariāq; & contrarias opiniones conciliaret, tale commentus eſt temperamētum, ægrotum nempè plurib. cōmittēdum

dũ eſſe Medicis, uno tamen principatũ in cura tenente, ita vt plures ſint, & vnus tamen videatur, vnus .n. Medicus propter naturalem procliuitatem ad errandũ, nõ poteſt adamuſſim, & integrè omnia ægroto ſuperuenientia cognoſcere, & neceſſaria præſcribere, cũ ſint ferè infinita, vt autem vitetur cõfuſio, & multiloquiũ, ꝙ ægroti ſanitatẽ ĩpedire ſolet, expedit tãdem vni primum rem totam tradere, qui magis prudẽtia, ac ſedulitate polleat, & ęgroto magis dilectꝰ, ac familiaris, & cui amplius confidat, ita vt huius imperio, ac voluntate omnia adminiſtrẽtur pro curatione opportuna, vt ſi aliqua laus, uel uituperiũ ex curatiõe ſequatur, totũ in hũc redũdet, qm̃ cũ plures æqualiter curã ægrotãtis gerant, oſcitãter, & tepide rem peragunt, tã quã non conſequuturi omnino ex curatione peracta, hoorem & gloriam ægrotantiſque, ac aliorum gratiã.

Sylueſter verò ſententiam Aug. Anch. ac S. Anto. ſecutus, hãc controuerſiam alia ratione diſſoluit, plures nempè uocandos eſſe medicos initio, uno, ac eodem tempore, non autem primum vnum deinde alterum, ſi quidem auctore Seneca, *nihil eſt, quod magis ualetudinem impediat, quàm crebra medicorum mutatio*, verum quidem eſt, quod Seneca explicite non dicit hoc de medicis, ſed de auxilijs, addit enim ſequentia verba, *non coaleſcit planta, quæ ſæpe transfertur*, nihil magis prodeſt ægris, quàm curari ab eo, à quo voluerint, ſupponit tamen Sylueſter crebram remediorum mutationẽ fieri ex frequenti Medicorum cõmutatione: quicquid tamet ſit in hanc eo ſentẽtiam, plures medicos cõuocare eſſe vtilius, ac tutius, qui tamen ſint periti, ſolertes, probitate morũ conſpicui, ac pietate chriſtiana præditi, non autem inſolentes, improbi, ambitioſi, pertinaces, vt qui ab alijs frequenter diſſentiãt, vulgi

Sylueſtri opinio plures initio eſſe uocan. med.

In epiſt. 2.

gi auram captare nitentes, quodam verborũ apparatu, altercationibuſque ſtudeant, malo ingenio impulſi, vel innani gloria, ſimulate, odioue aliorum medicorum ducti; nihil enim pernicioſius ęgrorum ſalubritati eſt, quam habere plures medicos inter ſe maleuolos & diſſidẽtes; Ideo tunc vnum tantum eligere magis expedit, quam plures, quòd ſi plures qualeſcunq; fuerint, auerſantur, laudabile, ac vtile eſſet, vt colloquia, & congreſſus inter ſe fierent, remotis arbitris, ne ſtudio contradicẽdi, aut cupiditate gloriæ, & oſtẽtationis, ſalus ægroti in dubium veniret, etenim ſunt aliqui, qui ſententiam ſuam pluris, quam cuiuſque incolumitatem æſtiment, quibus verò magis probatur vnum eligere, illum caueant, qui ſemidoctus & naturæ, ſeu ſtudij culpa, iudicio careat, quamuis ſedulus admodũuè officioſus exiſtat, cũ huius generis medici parum docti ſint, & ſatis ſeduli, ut Seneca animaduertit, officioſiſſime multos occidant, & ſua pernicioſa humanitate, ac ſedulitate multos alliciendo decipiant.

FINIS.

Pſal. 113. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da Gloriam.*

DE

DE BACCIS ORIENTALIBVS, AC DE ANTIMONIO TRACTATVS.

BAPTISTAE CODRONCHII Medici, ac Phil. Imolen. cum examine, ac iudicio aliorum Doctiſſimorum Medicorum.

MEdicam artem in dies augumentum ſuſcipere, ſicut & cæteras artes, ex his, quæ experientia quotidie inueniuntur, apud omnes manifeſtũ eſſe haud ignoro, & ideò ab vſu rerum nouarum arcere nos non deberet auctoritas Auicennæ in 5. lib. à principio ſcribentis melius eſſe vti medicamentis conſuetis, & expertis, aſſiduoque vſu approbatis, quam noua, & inſolita in vſum trahere, cum talia ſi ſint cum ratione experta, & inuenta tuto ad manus Medicorum venire poſſint, etenim Rhabarbarum, Sena, Manna, Moſcus, Ambra, Sandali, Camphora, lignum guaiacum, Sarza, China, Mechiocham, Saſſafras, & ſexcenta alia, quæ conſulto prætereo, antiquioribus Medicis fuerunt incognita, & nihilominus ingentis utilitatis ægrotantib. afferre, ac ſæpius morti uiam præcludere, quotidiana experientia nos docuit, quare non poſſum non magnopere admirari, cur ſit quod cocculas orientales uocatas medi- Medicamentis nouis probatis vtẽdũ eſſe.

medi-

medicamentum pro necandis pediculis, quamuis à mulierculis repertum & expertum, omnes ferè medici ita floci faciant, cum nullum hucuſque præſtantius, ac tucitus medicamentum pro hoc fœdiſſimo morbo debellando, mea ſententia, ſit inuentum; cum itaque proſperis euentibus frequentiſſimè baccæ iſtæ pro necandis pediculis adhibeantur, ac ſæpius medici ab aliquibus prudentibus fœminis, an iſtud medicamentum tutò adminiſtrari poſſit, requirantur, & ignorare reſponſum res ſit, quæ Medicos dedecorare maximopere ualet, & laudare, vel improbare, qđ ipſos latet, magna ſit dementia, vel nequitia, hos ideo Scopulos, vt pro viribus euaderem, cœpi nonnullis ab hinc diebus ſcrutari, ac perquirere, medicamentum iſtud de genere deleteriorum eſſet, nec ne, ut non nulli arbitrantur, & cum necandi piſces, atq; pediculos facultatem poſſideat, an id proprietate ſubſtantię ſeu naturæ, an ex manifeſtis ſuis qualitatib. emanet, & ſi manifeſtis qualitatibus, an illę ſint frigidæ, & humidæ ſicuti arbitratus eſt Pet. And. Matthiolus, an calidæ & igneæ, pro vt Thadæus quidam nemicus voluit. Nonnulla itaque ſcriptis mandaui, quæ quamuis leuia, & minimi ponderis eſſe ingenuè cognoſcam, ne tamen qualiſcunque fuerit labor meus inanis, & ſuperuacuus capiatur aliquibus, eruditiſſimis, ac clariſſimis philoſophis, ac medicis mittere placuit, obnixe precando, vt pro eorum ſingulari humanitate, ac beneuolentia, qua omnes ſtudioſos amplecti, ac foue re ſolent, iſta quæcunque ſint legere, ac perpendere, et quid tandem ſentirent ingenuè mihi ſignificare uellent, cum ex doctiſsimis eorum reſponſionib. omnem dubitationem ſublatam iri ſperarem, non tantū de applicatione pro abolēdis pediculis, ſed quod magis

Ratio ſuſceptis libris.

Perquirenda de baccis. oriē.

Auctor aliorū opinionē exquiſiuit.

gis

gis refert an piſces, qui ratione huius medicamenti i-
teriere ſine periculo veneni comedi poſſint, quod tamen hucuſque fuit in dubium reuocatum. Quid ergo ſint, vt hinc exordiar, baccæ orientales, officinis germanicis cotulæ elephãticæ, & ab eruditis viris baccę piſcatoriæ, nec non vulgo coccole di leuante vocatæ apud omnes notum eſſe arbitror, cuius autem plãtæ, vel arboris ſint fructus, à nemine quod ego ſciam, adhuc fuit ſcriptis proditum, cũ ſoli fructus ex Alexan. Aegyptij ad nos aduehantur, & adhuc nemini videre eius plantam, vel arborem acciderit, & cum Matthiolus Doctiſſimus idipſum ſe latere ingenuè fateatur, ꝙ ego quoque ignorare apertè confiteor. Veruntamen cum eius facultates, cum ex præceptis Galeni varijs in locis nobis traditis, tum ex ipſa experientia, nõ ſit admodum difficilè indagare, ac expiſcari, circa huius rei inquiſitionem paululum mihi uerſari liceat. Cum itaque tres, vel quatuor facultates medicamentis ipſis ineſſe ſciamus, quarum prima primis qualitatibus inhæret, ita ut calefacere, vel frigefacere, humectare, vel ſiccare apta ſint: Secunda ſecundas qualitates reſpiciat adeo quod aperire, incidere, abſtergere, purgare, adſtringere, concoquere, digerere, & ſimilia munia obire dicantur: Tertia verò facultas ipſis aſcribatur, prout hoc vel illud particulare reſpiciunt, hinc nõnulla epatica, nonulla cephalia, ſplenetica alia appellantur. Si verò præter hoc, proprium etiam humorem reſpiciat, quarta medicamenti poteſtas nuncupatur: An vero omnes, vel aliquæ tantũ harum facultatum inſint baccis hiſce orientalibus, inquirendum à nobis iure videtur, & de prima primo loco uerba faciens, cũ hęc melius experimento cognoſcatur, quam ullo alio modo, ut a Galeno 1. de ſimp. med. fac. in calce cap. 2.

Quid ſunt hæ baccæ.

Quę facultates ineſſe poſſint ſimplicibus.

Medicãmentorum primæ facultates quõ cognoſcantur.

habemus; inquit enim ex eo quò ſemper unum ideq; efficiat medicamentum quo ad nos cōtingit, propria eius iudicanda eſt facultas, ex colore verò nullum medicamenti temperaturæ fieri iudicium, eodem capite ſtatuit, ſicuti ex aduerſo quinto eiuſdem ca. 26. ex ſapore medicamenti facultates indagandas docet, quod pariter 1. de alimen. fac. cap. 1. affirmat vbi nanque non ſolum ex ſapore, ſed ex colore, & ſubſtantiæ craſſitie, friabilitate, laxitate, dentitate, leuitate, & grauitate ſimplicium vires indagandas tradit, baccas verò elephantinas dictas in actiuis calidas, in paſſiuis verò ſiccas eſſe experimento adeò conſtat, vt nulla ferè indigeant probatione, nihilominus id apertè conſtat ex ſenſu guſtus, cum amaras experiamur, nouimus autem ex Galeno 4. ſimpl. cap. 19. quòd omnes ſapores amari nō modò calidam, verum & ſiccam facultatem oſtendunt, & 4. eiuſdem cap. 9. amarum omne edi non poſſe, taleque à caloris exceſſu effici, ſed quoniam non eſt ſat nobis noſcere, an medicamenta calida, frigida ne ſint, niſi & quantum talia ſint cognouerimus, hinc medici cuiuſlibet medicamenti facultatis latitudinem in quatuor diuiſerunt partes, quos gradus appellarunt, vt nobis ſcriptum reliquit Gal. 1. de comp. med. per gen. & 5. ſimp. med. ideò baccas orientales non tantum calefacere, & ſiccare dicimus, verum & impenſè id facere exiſtimo: cum enim amaræ ſint, & amarum à caloris exceſſu fiat, ita vt quanto res aliqua erit amarior, a maiori etiam caliditate oriri credēdum ſit; ſed amaritudo harum baccarum eſt æqualis, vel potius quàm lupinorum, & lupini euidenter calidi, & ſicci ſunt, & præter hoc habent lumbricos interime-

Valde calidas, & ſiccas eſſe oſtenditur.

Cap. 2.
Ca. vlt.
Amarū a caloris exceſſu fieri.

Inſignē amarorem his baccis inexiſtere.

re tũ exterius admoti, tum interius adhibiti, pro certo credendum eſt baccas iſtas egregiè calefacere, & ſiccare, & præter hoc etiam ut inferius dicemus pediculos, & piſces interimere poſſe, quanta ſit amarities baccarum orientalium ab uxore cuiuſdam piſcatoris didici, qui cum baccas has pro paſta conficienda idonea capiendis piſcibus in mortario contudiſſet, & eius vxor in eo optimè abluto, & deterſo ſcriblitas confeciſſet, adeò amaræ ipſæ effectæ ſunt, vt nonnullo pacto ab eis quamuis admodum pauperibus comedi potuerint, præterea cum millies experientia uiſum fuerit, & à me etiam in puerulis meis frequenter comprobatum ſit, puluerem harum baccarum etiam in exigua quantitate cum adipesuillo, vel pomo decocto, & ſimilibus permixtũ, & capiti appoſitum egregiè pediculos in capite ortos interficere, & felicius, quàm ſtafiſagria, tutiuſque quàm hydrargirum ipſum caliditate, & ſiccitate intenſa affectas eſſe, iure fatendum erit, cum autem Medicamenta, quæ perimere à manifeſtis qualitatibus pediculos habent, neceſſario exiccantia eſſe debeant, & quæ exalto trahere, & euacuare poſſint, vt à Gal. 1. de com. med. loc. & poſt ipsũ ab Oribaſio li. 4. ad Eunapiũ ab Aet. ſer. 6. ab Actuar. 6. met. nec nõ ab Auic. 7. 4. tr. 3. ſcriptũ fuerit, ex alto aũt trahere, ac euacuare nõ poſſint niſi impẽſe calida, quãobrem cũ baccę oriẽtales ĩterficiãt pediculos, tali facultate erũt præditæ exiccãdi nẽpè & calefaciẽdi egregiè, & ob id ex alto trahẽdi; vñ Meſ. li. 1. loquẽs de ſapore amaro. ĩ tercetera ĩquit, ipsũ cõſumere, attrahere, & valẽter agere. Tãdẽ experiẽtia cõ ꝓbatũ eſt ĩ aliquib. puerulis cutẽ toti⁹ capitis, cui ꝓ necãdis huiuſmodi ĩſectis adhibitũ fuit hoc præſidiũ, rubefactam eſſe, & vt dicunt

Baccas orient. ex pediculorũ interitu eorum caliditates, & ſiccitates indicare.

Medic. Pediculos ne. ſria exiccare, & exalto trahere probatur.

Cap. 7. Cap. 11. Cap. 67. Cap. 1. Cap. 27.

Amari ſaporis facultates.

caliditas & ſiccitas harũ baccarum ab effectu quodã probatur.

mulieres inflammatam, & per aliquot dies pruritu ſa tis intenſo affectam, ſignum manifeſtum cocculas has eſſe valde calidas, & ſiccas, Eapropter hac in re tàm manifeſta non potui opinioni Matthioli alioqui peritiſſimi viri adhærere; cum igitur clarũ ſit, ni fallor, has baccas calefacere, & exiccare, facilè eſt etiam ex dictis colligere illorum alias facultates poſſidere egregiè nẽpe abſtergẽdi, expurgãdi, incidendi, aperiendi, trahẽdi, euacuãdi, nec non pediculos, ac piſces necãdi. Nec hoc loco aliud præſtantiſſimum medicamentum nuperrime pro interimẽdis pediculis inuentum, quo per ſępe Imolæ experti ſunt multi, ſilentio præterire volui, quod eſt ſuccus tabach dictus ſimpliciter aliquibus in locis capitis appoſitis, qui ita feliciter eos interimit, et quam citiſſime, vt ſit mirabile viſu, & abſque noxa, ut intellexi, & iſtud eſt in 2. ordine excalefacientium, & exſiccantium, ſi Hiſpano illi ſcriptori fides eſt præſtanda. Cædant itaque medicamenta oĩa antiquorum his noſtris inuentis duob. cũ illa nec tutò, nec niſi cum mora & difficultate aliqua, noſtra verò, & tutò, & citò, & iucũde animalia illa interimere valeant. An verò baccæ iſtæ inter uenena reponẽdæ ſint, & ob id piſces, & pediculos necent. Sum ego huius ſententiæ eas nullo pacto facultate deleteria, uel uenenoſa præditas eſſe, neque hac ratione, verum merito primarum qualitatum, & ſuæ amaritiei animalia iſta interficere, quòd non ſint venenatæ ex eo conijcio potiſſimum argumentum, quod aliqua etiam leuis noxa ex illarum applicatione per longum ſatis tempus non fuerit viſa, nec vllum ſymptoma ſecutũ ſit, & ſi obijciat aliquis non eſſe mirum cum tantum exterius applicentur, ſi nullum inde oriatur ſymptoma, dico, quod ſi medicamentum venenatum eſſet ratione

Cõtra Matthioli opinionem.

De aliis baccarum orient. facultatibus.

Succum tabac pediculos necare.

De præſtantia horum duorũ ſimplicium.

Baccas orient. non eſſe uenenatas probatur.

tionis nobilitatis membri,& ratione mollitiei, & debilitatis illius in pueris neceſſariò aliquid mali exinde oriri aliquando fuiſſet obſeruatum:ideo cum ego in multis pueris,& p̄ſertim in m̄eis,q̃ capite imbecillo,frigido,& humido,quaſi iure quodam hereditario naſcuntur,nihil etiam leuiſſimæ noxiæ apparere cognouerim,nulla facultate deleteria ipſas inſignitas eſſe credere cogor, ſed ut dixi non ſolũ rõe caliditatis, & ſiccitatis ĩſignis,verũ,& multo magis fortaſſe rõne ſuæ amaritudinis iſtud medicamentũ hēt interimere piſces,& pediculos,cum habeamus à Gal.6.ſimp.medic.amaritudine,vel ſapore amaro lũbricos necari, vt eſt abrotanum,menta,cardamomum, coſtus, folia Perſici,& ſimilia,cum autem uentris tineæ amaris interficiantur,multò magis pediculi,& piſces necabuntur,cum mea ſententia facilius ſit eos, quàm uermes occidere, præſertim cum aſſerat Gal.noſter.4.ſimpl.med.amarum eſſe inimicum hominibus, & viuentib. & 1. de antidotis omnes medicinas ſimplices quas longa experientia ſerpentibus aduerſari compertum eſt,amaras eſſe, ideò elaterium fœtum interimit appoſitum,ſicut & omnia alia amara, & ſubtilium partium,maximè ſi quam habeant caliditatem,ut elaterium ſumme ſiquidem amarum eſt 7.ſimp. propterea myrrha,cui multa ineſt amaritudo, per hanc interimit tum fœtum,tum lumbricos,& eos eijcit, & eſt ſecundi ordinis calefacientium,& exiccantium, eapropter Matthioli ſententiam probare non poſſum, ſcribentis puluerem harum baccarum piſces infatuare uel in ſoporem & ſtuporem eos deducere, & ob id ſoporiferas eſſe,frigidas,& humidas, ſed potius piſcatorum opinionem ſequi cogor,à quib. intellexi ab iſto medicamento piſces etiam breui temporis curiculo neca-

Pediculos amaricie ẽt harum baccarum interimi.

Cap. de abrotano.

Lumbricos amaris interimi.

Cap. 5.

Cur elaterium & myrrha fœtum necent.

Piſces, ex aſſũpto baccarum puluere nõ infatuari, ſed interfici contra matthiolum.

necari.& ideò niſi quàm primum capiantur facillimè putreſcere,& in plures partes diuidi, q̄ niſi rõe intẽſę caliditatis agẽtis ĩ carnẽ illam ualde mollẽ, teneram, & humidam,prouenire poteſt,immò etiam fuit ab illis mihi relatum,quod piſces,qui puluerem hũc ſumpſerint,niſi citò capiãtur,& aperiantur, ut plurimum medios rumpi, non tamen ita celeriter contabeſcere, q̄ aũt piſces ex hoc aſſumpto puluere nõ infatuentur,ſed interimãtur potius,præter hãc piſcatorũ relationẽ poſſumus à ſimili cõprobare,quẽadmodũ .n.pediculi ex appoſito puluere harũbaccarũ nõ infatuantur,nec hac,vel illac ꝑcaput diſcurrũt; ſed ſtatim ĩterimũtur,ita &multomagis piſcib. euenire exiſtimãdũ erit,& ſi q̄s obijciat,piſces ꝑ aquã diſcurrere,& uolutari aſſumpto puluere,& id rõe ebrietatis,ſeu fatuitatis euenire illis,dicam ego non ratione ebrietatis,ſeu fatuitatis, ſed doloris, quem percipiunt à contrario illo ſic agitari, & volutari, vt vnumquodque animal facere, & præſertim homines ſolent cũ dolore aliquo torquentur; poſtremò cum piſces platyphyllo necentur, vt Dioſc. lib.4.& Pli.lib.20.naturalis hiſtoriæ, & lib. 26. tradunt, quod quidem platyphyllon, & corymbitem & amygdalitem Plinius vocat lib. 26. & eſt planta quam fortaſſè lib. 20. lactucam caprinam nuncupauit, quod quidem plathypyllon eſt ſextum genus tithymali Plinio, & ſeptimum Dioſcoridi. At quia tithymali omnes, vt teſtatur Galen. 8. ſimpl. med. vincentem habent acrem,calidamque facultatem, ineſtq; amaror, ratione quarum qualitatum necari piſces de facultatem ethymalorum perſcrutãtis,& idipſum aſſerere Gal.his verbis comperi, quib. & ad piſces in aqua ſtagnante capiendos uti aſſolẽt, celerrime nanq; ab illis inuertiginem acti, ac ſemimortui

Reſponſio ad obiectionem.

Piſces platyphyllo necari.
Cap.159.
Cap.7.
Cap.8.

mortui redditi ad aquæ ſuperficiem feruntur, nec eſt dicendum piſces necari ratione aliorum medicamẽtorum quæ ipſi pulueri baccarum admiſcentur, cum ea, quę cõmiſceri cũ puluere conſueuere, ſint res piſcib. amicæ vt caſe⁹, mel, farina, lũbrici terreſtres, ſpecies ꝓ cibo, & piper aliqñ, ita ut in quodã Antidot. Ita. hãc pro piſcibus deſcriptionẽ inueni, quæ recipit harũ baccarũ unciam vnã, piperis vnciã dimidiã, & uermiũ ex fimo acceptorũ & minutim inciſorũ quantum ſatis ſit: piſces.n.cum ſint rerũ dulciũ, & nonnullarũ aliarũ auidi, propterea iſta admiſcentur pulueri baccarum orientalium ipſarũ amaritiẽ percipiãt, verũ & dulcedine, & familiaritate aliarũ rerũ allecti, & decepti facili⁹ capiãtur, & quãuis uermes terreſtres à proprietate occulta poſſint lumbricos in inteſtinis corporis humani exortos necare, vt ſcripſit Herodo. referẽte Aet. Ser. 9. ꝙ et experientia cõprobatũ eſt; attamen hucuſq; mihi non licuit apud quẽquã legere idẽ præſtare in piſcib. præter ꝙ non ſemper à piſcatorib. huiuſmodi vermes apponantur, ſed alia ſuperius relata, & tamen idem effectus ex illis ſequatur, ſi itaq; fuerit ab eruditiſſimis viris probatũ cocculas iſtas nõ ratione alicuius malæ qualitatis, ſed propter earũ caliditatem & amaritudinem piſces interimere; credo facillime ſcrupulum illum exemptum iri piſcibus ſic captis tutò abſq; ulla ueneni ſuſpitione nos veſci poſſe, & ſi aliqua ratione à menſis abdicandi eſſent, iuditio meo ea extaret ꝙ mortui vel ſemimortui, præſertim in æſtate capti ratione ſuæ mollitiei citiſſime à putredine corripiantur, ſi tamen quã primum capti ſunt exenterentur, & coquantur abſque vllo periculo cõcedi poſſe ego crederem, & hęc de cocculis oriẽtalib. dicta ſufficiãt, a quib. ad ſtibiũ ſermonẽ meũ cõuertã.

Piſces necari non poſſe ex aliis ingredientibus cõpoſitũ.

Deſcriptio medicamenti pro piſcibus capiẽdis.

Piſces dulcib⁹, ac aliis quibuſdã delectari.

Lubricos terręſtres ventris occidere. Cap. 39.

Piſcibus ſic captis tuto veſci poſſe ſine veneni periculo.

Cum

Cum ſtibij præparati,antimonij uocati, vſum tamquam conducibile,& vtiliſſimum ad purganda corpora à nonnullis medicis,& à doctiſſimo Matthiolo miris laudibus extolli, & quam plurimis experimentis comprobari iamdiù cognouerim, & ex contrario ab alijs medicis vti noxium,& deleterium a medica arte arcendum eſſe intellexerim, perpendens ego hanc rem,& cui parti adhærere deberem conſiderans,tandem negotio quam diligentiſſimè,pro debili meo captu tutrinato,multa me in priorem ſentẽtiam ire coegerunt,& quoniam agitur de vita hominum,ratione cuius non debet medicus ità de facili mordicus ſuam tueri opinionẽ,vt quamplurimum nocere poſſit, ideò quæ mihi ſe ſe in hoc graui negotio obtulerunt, examinanda acerime iudicio Doctiſſimorum hominum proponere libuit, ut quid pro ſalute communi ſit iam ſtatuendum tandem deffinirent,& quoniam poſterior opinio tenet medicamentum hoc eſſe venenum mortiferũ,vel ſaltem medicamẽtum purgans validum,& potens de tertia ſpetie, quod genus medicamentorũ ad naturam veneni multum accedit, & ea re omnino deteſtandum eſſe,& uitandum;qua propter vtilitatis communis gratia, cum in præſentia ſequi priorem opinionem profitear,fundamentum iſtud euertendum, & è medio tollendum eſſe antè omnia erit in propoſito, vnde primo ſtibium ritè præparatum nullo pacto uenenum exiſtere hoc pacto comprobare liceat; venenum lætiferum eſt adeò naturæ noſtræ infenſum,& inimicum, vt quælibet eius alteratio, perpetuo ad eiuſdem naturæ interitum tendat,adeò quòd aliquid boni ex ipſoveneno elici nequaquam poſſit, immò in debito quanto ſumptũ ſemper necem inducat, etiam nonnunquam exterius adhibitum ad ſtibium rectè præ-

Stibium præparatum non eſſe uenenũ probatur.

1. Ratio.

Ex 3. ſimp. c. 2.

præparatum excrementa,& humores noxios corporis abſque læſione eius, qui in conuenienti doſi illud ſumit feliciter educit et foris aplicitum ad multa valere commendarunt Dioſc. lib. 5. Gale. 9. ſimpl. & Auic. l. 2. tr. 2. & ocularibus medicinis potiſſimum cõmiſceri iubent, nec ſcio quod hucuſque alicui mortẽ, vel ſaltem quid mali nota dignum intulerit, quamuis ab aliquibus incautis, & imprudentibus ſit exhibitũ, vel ſponte acceptum in maiori doſi, quàm erat conueniens, vnde non video cur ſtibiũ nullo pacto uenenũ eſſe omnes uno ore fateri non debeant; addo, quòd venenum per qualitates manifeſtas, vel ob formam ſuam ſpecificam, vel vt dicitur, ob occultam ſuã proprietatem, vel ob ambas ſimul, ſuã infundit uim venena quę ſuis manifeſtis qualitatib. agunt, ideo cum illis inhærent, ac infiguntur, quoniam eas in excellenti admodum gradu poſſident, ſicut in quarto, & aut vel præter modum calida, vel egregiè frigida, vel impenſe ſicca, vel humida, ſi tamen venena reperiantur humida, ratione enim caliditatis interius ſumpta excalefaciunt, vrunt, corroduntque vſque ad cor, ob frigiditatem uerò corpus gelidum, ſtupidumq; reddũt, quod ſimul ẽt cor congelaſcit, vel quia obſtructis ingenti frigiditate meatibus anhelitum intercipiunt, & proinde ſuffocãt, vel ſtrangulãt, ratione ſiccitatis, vel humidũ ſanguinẽ cordis abſumũt, vel ſeparant, ac diuidũt partes ab inuicẽ quouſq; oĩa mẽbra ad corvſq; ad minimas diuidãtur partes: ꝑ verò humiditatẽ, vt aliqui tenent, membra putreſcunt, ideò Aui. 6. 4. tr. 1. inquit ſpecies venenorum ſunt duę, ſcilicet faciẽs operationẽ cum qualitate, quę eſt in ipſo, & efficiens cũ forma ſua, & tota ſubſtantia ſua, & primum aut eſt corrodens, putrefaciens, aut inflammans, calefaciẽs,

Bap. 59.

Cap. 7.

2. Ratio.

Quomodo venena agant.

Cap. 2.

vel infrigidans,ſtupefaciens vel re, ſed Antimoniũ ſi his qualitatibus deleterium eſſe deberet ipſum maxime refrigerare,& exſiccare eſſet opus, cum frigidum Dioſc. & ſecum Gal.ſtatuant:modo ſi fides Auicennæ in hoc eſt præſtanda,Antimonium in primo gradu frigidum,& ſiccum in ſecundo exiſtit, qua propter penes qualitates manifeſtas ſtibium uenenum eſſe, nequaquam aſſerere quiſquam audebit, quod autem à tota ſubſtantia hanc facultatem obtineat, cum nulla ratio id probar e poſſit,quoniam huiuſmodi proprietates peculiares ratione comprobari non poſſunt, ſcribit enim Gal. 13. meth.omnia quæ agunt à tota ſubſtantia eſſe experientia inuenta, quod fuit & pariter relatum ab ipſo de medicamento purgante in 2. de vict.ratione acut:com.11.nullameſſe methodum,nec certam rationem,qua medicamentum à tota ſubſtãtia attrahere,vel habere ſubſtantiam deleteriam poſſimns inueſtigare,unde 9.ſimp. c.de lapidibus inquit facultates,quæ proprietatis totius ſubſtantiæ ratione inſunt,a metho.& ratiõe alienæ ſunt,& per ſolam noſcuntur experientiã, ſola autem experientia id manifeſtare poſſit cum ea oppoſitum patefaciat ex optimis effectibus,qui in dies ex ipſo produntur, nec ullus ad ſit probatus author,quem ſciam,qui id affirmet, merito ſtibium deletorium eſſe medicamentũ negare poſſumus.Dioſcorides enim. Gal. & omnes græci ſimul Auic.& eius ſectatores cum de hoc medicamẽto verba faciunt,hanc qualitatem ſilentio inuoluunt, quod ſi in eo exiſteret,nullo pacto ab eis fuiſſet omiſſa, immo inter metalla numerando ea,quæ venenata qualitate ſunt prædita,Antimonium prætereunt, & ipſum inquam plurimis morbis externis mirum in modum laudãt,& ſi quis obijceret,quod præter dictos modos ope-

Antimonium eſſe frigidum, & ſiccum in 1. ac 2.gradu.

antim.venenũ a tota ſubſtantia eſſe nõ poſſe.

Cap.22.

operationis veneni Auer. 5. coll. duos alios addidit, quod quædam interficiant fortitudine actrationis, vt elleborus vterque & quædam remouendo calorem vitæ, & ea ſunt, quæ purgant ſanguinem, & reperiri Gal. aſſerit. l. de med: pur. fac. huic ſatisfaciã ꝙ ſtibiũ non poteſt eſſe venenum, eo quòd fortiter attrahat, quia hoc non facit, & minus mortem inducit nec propter quod ſanguinem educat, cum id unquam ſit obſeruatum. Iam, ni fallor, pars vna fundamenti pro aduerſa parte ſublata eſt, quod ſtibium ſcilicet non ſit uenenum; reliquum eſt videre, an altera pars poſſit ſubſiſtere, quòd ſtibium ſit ſaltem medicamentũ purgans adeo validum, & potens, vt abuſu medicinæ amoueri iure poſſit, quod & ſi vti falſo aſſertum negare poſſemus eius tamen falſitatem aliquo pacto probare nitemur, & primo ratione a Matthiolo adducta ſi iſtud medicamentum vti valide purgans, & veluti deleterium à materia medica abdicandum eſſet, proculdubio & cætera purgantia medicamenta, ſicut elleborum, elaterium, Turpetum, Colocynthis, ſcãmonium, & cætera eiuſdem generis, quibus antiqui vſi ſunt, & nos frequentiſſime vtimur, eſſent à pharmacopœis noſtris religãda, cum rarũ, & fortaſse nulle reperiri ſit medicamentum aluum electiuè ſubducens, ꝙ venenatam vim non adipiſcatur, ſicut Gal. memorię prodidit in 6. epid. & in 2. de vict. ratione in acut. nec non in libro 3. de natu. fac. & 6. de comp. med. loc. purgantium medicamentorum naturam corporum, quæ expurgantur, naturis contrariam eſſe, atque ut quiſpiam dixerit lethalem, & deleteriam nec non Auic. ſcribat in 4. 1. in pluribus medicamentorum uiolentorum exiſtere aliquem uenenum, quia ſolutionem ventris efficiunt ſecundum modum quo naturam ſu-

Cap. 4.

Stibium ſolutiuum nimis potens non eſſe, nec ob id reijciendum.

Solutiuis medic. ineſſe quid maligni.

Com. 12. Cap. 7. & 6.

Cap.9. Ob quæ medicam. ualida, ac potētia dicātur.

Stibium pręparatur symp. praua non inducere, nec ſupra modum euacuare.

perant vel opprimunt, & ſi conceſſero inter electiuè purgantia medicamenta Antimonium connumerari poſſe, dicam tamen medicamenta non ob egregias euacuationes ſolummodo quæ ex eis eueniunt; verū multomagis ob praua, & periculoſa ſymptomata, quę ipſorum cauſa accidere conſueuerunt, ſicut ventris torſiones, diſſenteria, ſyncopes, coloræ vocatę, & ſimilia, valida, & potentia uocari debere. At antimonium cum ratione, & debita quantitate ſumptum, non ſolū euacuationes excedentes non efficit, verum etiā nec vllam effectum prauum, vel formidoloſum inducit, ſicut de ipſo multi fidē faciunt, & præſertim Matthiolus, cum quatuor ab eo deſcriptis hiſtoriis, & quod eſt maioris credulitatis, & fidei medicorum celeberrimum, quibus & aliam à probatiſſimo viro, ac tunc præſenti mihi relatū de Comite Chriſtophoro Mauruzzo Tollentinate olim Illuſtriſſimi Cardinalis Vitellenſis aulico, & nobili, qui ex morbo quodā diuturno, & ferè incurabili poſt multa in vanū adhibita præſidia tandē facillimè, & abſque vlla moleſtia à ſtibio fuit curatus: addere placet, & ego teſtari poſsū me vidiſſe, in quadā muliere Bianciflora de Laulis dicta, ſęuo & antiquo dolore uentriculi laborante, exhibitum fuiſſe antimoniū ad grana quatuor cū modico maſticis, & cōſerua roſarū, ꝙ nihil quidē penitus eduxit, & & talē sēſit agitationē, qualē ſi nihil accepiſſet ꝑcipere poſſet, nec ex ipſo ſic ītus retēto ullā penitꝰ sēſit noxā, cū tñ ſciamus medicamēta electiuè ducētia ſi ſua ꝑatione fruſtrētur, & humores peccātes nō educāt ī lęthales, ac uenenatos humores cōuerti, ꝗ apti sūt necē īferre: quib. ita ſe habentib. nō video, qua rōe ſtibiū īter medicamēta exoluētia tertię ſpeciei referri poſſit, & cur hac in re Matth. fides nō ſit præſtāda, & ꝓ ſuſpecto haberi poſſit tāquā gloriæ ꝓpriæ cupido, cū & facul-

cultatis purgatoriæ huius medicamenti inuentum, & experimenta alijs medicis aſcribat, qui ĩ ſe ipſis, & in multis alijs experti ſunt. Ablato itaque medio, quod nonnulli medici ad improbandum vſum antimonij vſurpabant; reliquum eſt, ut quid ego in negotio admodum difficili ſentiam, mox ſcribere aggrediar, ſi prius tamen medicamentorum diuiſionem in memoriam reuocauero, quorum duo genera potiſſima inueniuntur, vnum medicamentorum verè purgantium, et quæ ſolutiua dicuntur, alterum leniẽtium, quæ bene dicta, ac benigna appellantur, primum genus medicamentorum adhuc diuiditur, in medicamẽta maligna, venenata, praua, & admodũ valida, ſicut eſt colocynthis, ſcãmoniũ, elleborũ, mezereon & ſimilia, & ĩ medicamẽta mediocria. & media, nõ ex toto mitia, & placida, nec oĩno vehemẽtia, ac praua, ſicuti ẽ rhabarbarũ, agaricũ, aloes, ſena, & huiuſmodi: priora ꝓpter ſuę ſubſtantiæ proprietatẽ, vel à tota ſua ſubſtãtia, vel ex occulta, & abdita eorũ proprietate euacuant. ſecundi verò ordinis medicamẽta nõ ſolũ ex occulta qualitate, verũ ẽt rõe qualitatũ apertarũ habẽt ſuos educere humores, ſicut eſt aloes, qui euacuat partim rõe facultatis abſtergẽtis, q̃m eſt amarũ, & mordicãs, partim à tota ſubſtãtia, eo ꝙ inſertã habet facultatẽ attrahẽdi, quãuis debilẽ; pariter ĩter lenientia medi. aliqua rõe qualitatũ manifeſtarũ euacuãt, nõnulla ex occulta facultate, ĩbecilli tñ, rõe cuiꝰ virtutis ĩbecillis educũt, & attrahũt q̃dquid ĩ uentriculo reperiẽ, vel in inteſtinis vel ĩ primis venis, & alia leniẽtia euacuãt rõe ambarũ qualit. q̃b. ſic ſe habẽtib. ego dico Ant. p̃paratũ eẽ medica. d̃ 3. ſpetie, vel ſaltẽ d̃ 2. nõ rõe alicuiꝰ manifeſtæ qualit. ſed cuiuſdã ꝓprietatis occultæ ĩditæ a natura oẽs ĩdifferẽter humores, q̃ ĩ uẽtriculo, ĩteſti. ac meſẽterio

Medic. euacuãtium tria genera eſſe.

Antim. præparatı deſcript.

terio vſque ad hepar reperiuntur,partim per vomitũ, & partim per ſeceſſum educens ; Quod autem ſtibiũ ſit medicamentum à tota ſubſtantia,non autem à manifeſtis qualitatibus purgans,ex eo conſtat, quia quæ manifeſtis qualitatibus educunt,non poſſunt id præſtare,niſi in magna quantitate exhibeantur , at iſtud nobile medicamentum in minima propinatur doſi,& nihilominus egregiè,& valenter purgat, qua propter à tota ſubſtantia,& non à manifeſtis qualitatibus agere,erit aſſerẽdum , dixi omnes humores indifferenter euacuare,quod non eſt inconueniens : nam ſicut ars ſcit componere medicamenta educentia omnes humores,ita & natura idem,& melius efficere poteſt;qđ ſi verum eſt,ſicuti eſt, & omnes fatentur , dari aliqua medicamenta,quæ duos educunt humores , vtpotè bilem,& pituitam,immò & tres , ut utranque bilem , & pituitam , ſicut enim non eſt inconueniens , quod natura aliquando miſceat duas facultates,atq; diuerſas partes in uno & eodẽ pharmaco, quæ deinde plures trahunt humores,atque inter ſe diuerſos , quelibet tamen facultas determinatum, ac vnum , ſic non erit abſonum,quod non tantum duas , verum & plures facultates miſcent,quæ poſſint, & omues humores attrahere , dixi præterea educere antimonium à ventriculo rem , quoniam humores inqualibet parte exiſtentes , vt in venis,vel articulis , & alijs partibus remotis non educit , ſed virtus eius ad iecur tantum peruenit,nec ipſum tranſcendit, ea propter cũ morbi cõtumaces, ac ſolutu difficiles,nec nõ quoquo pacto latentes ob humores craſſos , & frigidos admodum in meſenterio exiſtentes ſæpenumero producantur , quos quidem humores peculiari, & rara quadam facultate ſtibium habeat educere , non eſt mirum ſi ex vſu

Stibium a tota ſubſtantia purgare.

Stibiũ oẽs humores euacuare.

Stibium a uentriculo, inteſtinis,ac meſenterio vſque ad reducere.

Diuturni,ac difficiles morbi cur à ſtibio curentur.

vſu illius morbi diuturni, ac curatu difficiles quã plurimi, & quos alia medicamenta tollere non potuerũt quotidie aboleantur, illius tamen virtus non traſcendit hepar, quia eam illic natura terminauit, ac circumſcripſit, & quamuis eſſet uehemẽs in purgando, & cito purget, non ob id aſſerendum à longinquis etiã partibus trahere, ſi inconuenienti menſura adminiſtretur, qua verò de cauſa non trahat à toto corpore, & tamen ſit purgans medicamentũ, dico id fieri ratione debilitatis facultatis illius, quæ conſiſtit in tota ſubſtantia, quæ niſi à medio interdeſtantibus partib. attrahit, non autem à remotiſſimis. Cur autem inſignis, & prompta ex hoc medicamento fiat euacuatio, & tamen à toto corpore non attrahat, reſpondeo, quod ꝑpetuò inſignis euacuatio non ſequitur, ſed quãdo pręſentes ſunt multi humores mali, qui cum in remotiſſimis partibus non adſint & proxima ſit illi facultas attrahendi, quamuis non valida, copioſa fit euacuatio; ea propter & quando pauca incorporibus reperiuntur excrementa, & pauca ſuccedit euacuatio: immo nonnulli teſtantur, aliquando nullam ſubſequi euacuationem, ſi corpus humoribus noxiis ſit uacuũ, quod tamen non eueniret, ſi deleterium, & potens eſſet medicamentum, cuius peculiare eſſe conſueuit, ꝙ cum proprium humorem educẽdum non adinuenit, illi proximiorem atrrahit, & ſi nullum, benignos, & naturales colliquat, & educit; unde fuit memoriæ proditum ab Hippoc. 4. aph. 16. carnes ſanas habentibus elleborum eſſe periculoſum, quoniam conuulſiones excitat, & 2. aph. 36. eos, qui integritate corporis antecellunt cum per medicamenta purgantur, citò exolui, & pariter aph. 37. eos, qui bene ſe habent corpore difficulter ferre curationes: quorum dictorũ reddẽs ratio-

Cur virtus eius non tranſcendat iecur, ac à remotis euacuet.

Cur ſępe ſtibiũ inſignem, & citam faciat euacuationem.

Mala, quæ ſanis accidũt ex ſolutiuis acceptis.

Cur ſani exolventur. purgationib.

rationem Gal. in com. 36. & 37. dixit ſanos exolui in medicationibus, quia colliquantur, & non purgãtur, tormina, vertigines, & ſimilia ex medicamento purgatorio appetẽte trahere proprium humorem, vt bilem flauam, vel atram, vel pituitam, vel aquoſam ſuperfluitatem, quæ cum nõ adſit, ſanguinem colliquat, ac carnes, vt ex ipſis, quod ſibi proprium eſt, attrahat. cõcludamus ergo ex ſtibio ſubſequi poſſe, & copioſam, & debilem euacuationem ratione quantitatis humoris, vel humorum peccantium, vel nullam, ſi nullum reperiatur in corpore excrementum; & ſi tandem illis condonare velimus, ſtibium eſſe medicamentum, in prima ſpetie deleterium, & vehemens, aſſerimus tamen, & ratione ſuę optimę præparationis, & quantitatis effici medicamentum ex tertia ſpetie, ut iam fuit probatum: nam propter eã pręparationem refringitur, & eneruatur ita vis, & facultas attractiua, ut nõ poſſit è toto, ſed à propinquis dumtaxat attrahere, & iecur ipſum non tranſire ratione etiam quantitatis, quoniam ſi medicamentum valide purgans in diminuta ſatis menſura adminiſtratur, & uehementi leniens, ac benignum euadit, vnde à remotis locis attrahere haud poteſt, ſed a vicinis tantum, facultas.n. robuſtiſſima in minimo quanto non agit extreme, exempla plura de hac re habemus, & præſertim de elleboro, & ſcammonio, quæ & ſi valentiſſima ſint purgãtia, ſi tamen ex arte, & ritè præparẽtur & in pauciori doſi propinentur lenientia, & ſoluẽtia benigna euadũt, vnde Nic. diſt. 1. ſum. 4. tr. 2. ſer. 2. demonſtrat medicamẽta eradicatiue euacuantia, imminuta doſi, lenientia fieri, lenientia verò aucta doſi euadere eradicatiua; poſtremo in deſcriptiõe Antim. dictũ fuit ipſũ partim per vomitũ, & partim p ſeceſsũ euacuare, qm̃ iter medica-

Stibium ratione præparationis, & quantitatis inter lenientia numerari poſſe.

Strenuè purgãtia qũo lenientia fiant, elemẽta eradicatiua

Stibiũ per vomitum, & per ſeceſſum euacuare.

dicamēta purgātia, alia educūt per vomitū, alia per ſeceſsū tm̄, & nonnula per vrinā, aliqua verò per ſeceſsū, & per vomitū, quorū quædā ſunt robuſtiſſima, nō-nulla mediocria, & alia debilia, Antimoniū mō inter medicamēta debilia, uel mediocria educētia, per vomitū, & ſeceſsū, ex occulta ꝓprietate, locū obtinuit. Vnde ex his oīb. ni fallor, vniuerſa natura ſtibij explicata eſſe videatur, ꝓut exiſtit medi. nō aūt ꝓut tale vel tale eſt compoſitum, circa ꝙ alia ꝑtractāda eſsēt, num vel inter lapides, an inter metalla numerandum veniat, an naturā metalli, & lapidis ſapiat, quib. nomi nib. fuerit nuncupatū, & eorū rationib. quotuplex ſit, quale eligi, & quomodo præpari debeat, cum hæc fue rint latiſſime, à Dioſ. à Gal. à Plin. a Geor. Agric. Braſa. Fallopio, Matthiolo, & multis aliis pertractata, ne tēpus inutiliter conterā omittere uolui. Si itaq; ſtatutū erit, ac ꝓbatū ab eruditiſſimis viris ſtibiū eſſe profuturū, nōnulla circa illius adminiſtrationē ueniūt animaduertenda, & primo loco, antimoniū nō debere vſurpari, niſi rectè & operoſe fuerit pręparatū ea præparatiōe quā experiētia cōprobauit, ꝙ. ſ. ex ſtibio ſic caſtigato, & adhibito nullū cōſequatur prauū ſymptoma, immò felici euētu id ꝙ intēdebatur ꝑficiat: ſecūdo cōſiderādū eſt, nō eſſe conueniens, Antim. ēt rectè præparatū ita temerè cuicūq; ꝑſonæ, nec in quolibet morbo ꝓpinare, ſicut aliqui empirici, & ī hoc, & cęteris medicamētis facere cōſueuerūt, qui medicamētū vnū omnib. hominib. & morbis quibuſlibet aptare ſeu conferre uolunt magno cū aſſumētiū ꝑiculo, uti vberius in primo meo lib. De Chriſt. ac Tuta Med. ratione Nam illis, qui thoracem auguſtum habent, qui difficiles ſun tad uomendum, nec aſſueti, graciles, & ma cri, antimoniū nō eſt propinādū, præterea oēs, qui o-

Purgantia per uarios locos educere.

Alia, quæ de ſtibio eſſent cōſideranda.

Circa uſum ſtibij aliqua cōſideranda.

Stibium niſi rite præparatam recipiandū nō eſſe.

Non cuilibet homini, ac indādum eſſe ſtibium.

Quid ſtibium nō cōueniat.

re uentriculi,& torminib.affligi cõſueuere,uel in animi deliquiũ cadere , & puſillanimi ſunt ſtibiũ vitare debẽt,nec ullo pacto utero gerẽtib. adminiſtrari dẽt, vt nõnulli audẽt facere,quãuis.n.nec fętũ,nec matrẽ rõne alicuius praue qualitatis,vel euacuationis lędere minimè poſſet,rõne tñ vomitus,quẽ inducit abortũ facere valet,cũ vomitus ſit motus cõcuſſiuus & potens ad diſrumpẽda vincula,per quę fœtus vtero colligatur,& quib.diſruptis,neceſſariò fœtus ante tẽpus debitum exire,cõpellitur.Nec ẽt inquouis morbo, vt dictũ eſt,ſtibiũ adminiſtrari cõuenit,ſed dũtaxat ĩ ijs, qui ſedẽ ſuã habẽt in ventriculo,inteſtinis,vel meſenterio,& primis illis venis, ea pp in melãcholia hypocõdriaca ꝓ mirabili pſidio cõꝓbatur , & in febribus diuturnis,q̃ ex obſtructionib.ualidis,& humorib. craſſis,& frigidis multũ in partib.illis oriũtur,& ĩ quã plurimis alijs deploratis, & lõgiſſimis morbis ex pituita, vel melãcholia,vel ex vtroq; genitis,illud bis,ter, ſępe,ac ſæpius,intermiſſis tñ aliquib.dieb. exhibendo , alios ẽt morbos expellere alij dixerũt , & Federicus a Fonſeca,lib.2.de calcul.remedijs ſtibiũ,ꝓ excitando vomitu in calculoſis ꝓponit,& illius vſu multos hydropicos,lienoſos,maniacos,&gallicos fuiſſe ſanatos ſcribit.An verò iſtud medicamentũ luem gallicã, poſſit curare d.ſanè difficilè eſt,ego tñ crederẽ potius nõ poſſe,& ſi aliqñ videatur id præſtare, qua rõne id eueniat ĩ 2.li.đ mor.gal.patefaciã.Nõ dẽt medi.circa doſim pſcribẽda hui⁹ medicam.eſſe negligẽs,ſed ꝓ diuerſitate viriũ tẽperamentorũ,habituũ,ætatũ, morborũ , ac tẽporũ Anni,& cæterorũ quæ in propinandis euacuationib.ppendi ſolent,ipſæ variare,medicinã.n.nil aliud æquè conijcientẽ facit , quã cuiuſlibet medicamenti eligendi quãtitas, ideo in robuſtis hominib. &

[margin: Pregnãtib. nõ Baccas orient. expediculorũ]

[margin: Quib.in morbis cõueniat.]

[margin: Doſim illi⁹ uariandam eſſe.]

[margin: Gal.l. de cur. rat.p ſan .miſſ. c.12. Doſis ſtibii,]

in

in morbis inueteratis ad podus ſex granorum in ſubſtantia exhibendo, aſcendere poſſemus, debilib. verò ego grana tria tantũmodo, & medio modo ſe habentib. quatuor grana porrigerem, ſemper addendo ſaccharũ roſatũ, & modicũ maſticis, vel miſcendo cũ pilulis de hier. Gal. vocatis, vel alio ſimili medic. iuditio prudentis medici, & ſicut cætera medicamenta dũ in diluto exhibentur cõſuetum eſt a medicis augeri, ita & de hoc idem faciendum eſſe exiſtimo, ſiue in vino optimo, vel maluatico, vel aqua aliqua, vel decoctiõe cordiali, pro vt erit opus infundatur. Quarto loco animaduertendũ eſt, ꝙ quãuis iſtud medicamentũ ſit mite, ac placidum, opus eſſe vias aperire, & humores pręparari antequam exhibeatur, cum a tota ſubſtãtia vires habeat purgandi, ne à decretis Hipp. plurib. in locis nobis relictis recedere videamur, & ideo laudare non poſſum eos, qui abſque ulla præparatione illud propinare audẽt. Nec eſſet fortaſsè niſi tutiſſima cautio, ab hoc etiam medicamento in duobus ſolſtitijs hiemali, ac æſtiuo, ſed potiſſimum æſtiuo abſtinere quando commodè fieri poſſit, ob rationes doctiſſimas ab Hip. in lib. de aere, aquis, & locis tex. 30. & alibi adductas. Hæc ſunt quæ de baccis piſcatorijs, ac de ſtibio medicamento purgante ſine fuco aliquo ſcribenda curaui, quæ egregij viri pro ſuo acri ingenio & exacto iuditio diligenter examinabunt, calculumq; vel album, vel nigrum ſinguli porrigent, vtrunque enim æqui bonique conſulata, modo communi omnium utilitati ſit conſultum, cuius gratia libenter hunc ſuſcepi laborem.

Quicus miſceri poſſit.

in infuſiõe doſi in augendi.

non eſſe dandum niſi corpore, ac humorib. præparati.

Quo tẽpore à ſtibio abſtinẽdum.

EXCELLENTI, AC DOCTISSIMO Baptiſtæ Codronchio Petrus Salius Diuerſus.

TVis literis elegantiſſimis, ac doctiſſimis ſtatim reſpondere decreueram, at quoniam tum multis implicitus negotijs id exequi non potui, tum quia iuniores noſtri medici plurimum temporis has tuas literas penes, ſe, vt eas & legerent, & tranſcriberent, detinuerunt, ideò hucuſque reſponſum diſtuli. Poſtquam autem omnia à te in explicandis his duob. problematibus exarata animaduerti, optimèque ſingula conſideraui (vt rem ingenuè fatear) non poſſum tuam ſententiã in utriſq; Problematib. non probare, non tantum, quia ea ſit optimis rationib. & validiſſimis auctoritatib. circumuallata, verum etiam, quoniam omnia experientiæ, per quam res, & diſputationes medicæ iudicandæ ſunt, ac meæ opinioni, quàm antea de his duob. medicamentis habueram, correſpondent. Qua de re non eſt, quòd multus ſim in hoc negotio, & hoc præcipuè, cum ex aduerſo nulla, pauca autẽ in confirmationẽ adducere ualeã. Ne tamen rẽ omnem ſicco pede tranſigere videar duo tantum conſiderabo, alterum de bacis illis, alterum de Antimonio. Quò ad baccas illas ſupponens temperiem calidiorem, de qua non credo, quòd dubitandum ſit, dico has pediculos interimere non ſola caliditate, & ſapore amaro, quoniam alia plura medicamẽta conſimilis qualitatis, & ſaporis habemus ad hoc inepta, quæ tamen pari ratione ad hoc, ſi ſufficeret temperies impenſe calida cum ſapore amaro, efficaccia forent, ſed præter hæc iſtud agant partium, & ſubſtantiæ ſubtilitate, ex qua penetrationem, & efficacciã conſequutæ ad hanc actionem obeundam efficaciſſimæ ſunt; aliud etiam cum hoc habent, quod ſtante tanta caliditate, & ſapore tali, ac iſta ſubſtantiæ tenuitate facillimè piſces poſſunt, vel vertiginoſos, & ſemimortuos reddere, vel eos ĩ totum necare, illi

Laudat opinionem codronhii circa baccas oriẽt. & ſtibium.

Baccas orient. rõnẽ quarum litatum necẽt pediculos.

Cum eiuſdem pua it. piſces ĩterimi.

illi redduntur uertiginoſi, & ſemimortui, qui parum huius medicamenti ſumpſerunt, qui autem plurimum necantur, ſed qua ratione illi fiant vertiginoſi, & ſemimortui, hi autem periman tur? quoniam in illis hoc medicamētum ratione temperiei calidæ, & rōne tenuitatis partiū in partes humidas, & ſuccos piſcis agens plurimum vaporis inde eleuat, quo vapore eleuato piſces ventiginoſi fiunt eadem met ratione, qua ex lolio fiunt homines vertiginoſi, hoc enim cum ſit calidum, & tenuium partium aſſumptum ab homine, eum reddit vertiginoſum, ac ſoporatū, non quia loliū ſit temperaturæ frigidæ, ſed quia cū ſit calidum, & tenuium partiū agens in humores, & in humidā cibi aßumpti portionem plurimas, & crudas eleuat uaporationes, quæ ad cerebrum delatæ hominem vertiginoſum, & ſoporoſum conſtituunt; Vertiginoſum quidem ob copiam, & inordinatum uaporum ad cerebrum motum; ſoporoſum autem ab eorundem cruditatum, hoc idem faciunt hæ baccæ in piſcib. nam eos vertiginoſos reddunt ab copiam vaporum, ſemimortuos autem. ideſt ſtupidos, ac ſoporoſos ob eorundem cruditatem, quæ cruditas in piſce eſt multa, ob eorum propriam, et innatam humiditatis copiam; hi autem piſces ex hoc non pereunt, quia materia aſſumpta non eſt tanta, quæ ab eorum innato calore non poſſit deuinci, in illis autem, qui plurimum huius medicamenti huaſerunt, non tantum uertigo, & ſtupor, uerum etiam mors ſuperuenit. quoniam eorum calor non potens eam medicamonti copiam ſuperare, & vaporum multitudinem digerere, inde obrutus, ſuffocatur, ſicuti à pari fit in ebrijs quādoque ſuffocato calore innato à copia uini, & cerebro obruto à copia vaporum, cuius caſus meminit Hip. lib. 5. aph. 5. & hæc de Baccis. Quò autem ad Antimonium, omnia probo, hoc uno adnotato pro ea parte, in qua quæritur, an naturam habeat venenoſam, quod antimonium non benigna, ſed uiroſa eſt donatum qualitate, antequàm præparatum ſit: nam qui eum præparant, optimè norunt, ſi fumum, qui ex eo in coctione, & præparatio-

Cur piſces ex hoc medi. uertiginoſi fiant uel intereant.

Cur homines ex hollio fiāt uertiginoſi, ac ſoporati.

Cur ebrii quādoqe ſuffocētur.

Stibiū non p̄paratū uiroſā nam genere, & ea carere p̄paratum.

paratione eleuatur, excipiant, quanto eis ſit damno, quod non ſit ratione ignis, ſed partis Antimonij ui ignis eliquati, & euaporantis, ſi autem eius vapor huiuſce eſt qualitatis, quare non dicendum eſt ei annexam eſſe qualitatem non dixerim omnino venenoſam, curoſã tamen; nec eſt, quod dicas Antimonium non recenſeri ab antiquis inter venena, quoniam nec omnia hi recenſent, nec hoc inſigni dotatũ ẽ venenoſa qualitate. Quare dico Antimonium ante præparationem uiroſam retinere qualitatem, poſt præparationem nullam talem retinere. Hæc ſufficiant, vt tibi morem geram, utque meam tibi de his duobus medicamentis ſententiam aperiam, interim, vt ego te obſcuro, ita me armes.

EXCELLENTISSIMO MEDICO BAPTISTAE CODRONCHIO

Nicolaus Maſinius. S. P. D.

EA, quæ de orientalib. vocatis Cocculis, litteris cõmiſiſti, quamuis protinus cum mihi reddita fuere, veluti auide, ità & celerrimè perlegerim: ob eam tamen quam in perlegenda percipi voluptatem (quæ.n.a nobis cum voluptate percipiuntur omnia ſeu ſenſuum, ſeu intellectus ſint, vehementius ſe ſe in nobis quodãmodo inſinuare videntur) quid de illis exiſtimauerim, tibi ſignificare potuiſſem: te ſcilicet tot circa illarum dotes ad examen reuocaſſe, quot ab erudito quouis viro reuocanda ſunt, intimas, unaq; et latentes cuiuſlibet ſimplicis medicamenti vires ſcrutari procurantes, & cuncta non niſi iuxta Illuſtrium Medicorum, & præcipuè Gal. dogmata enuleaſſe, ita ut nihil aliud mihi dicendum ſupererat, niſi, vt à Deo poſtquam optimo tibi non vulgaris elargita eſt facultas, litterarum monumentis tradendi elucubrationes,

nec

nec hercle unius argumenti, veluti elapſo anno ex Theologicis illis tuis nuncupatis caſib. Medicorum conſcientias à permultis culpis egregiè præcuſtodientib. optimè deprehendi. Nuper autem ex erudito Coccularum met, ac ſtibij examine, quo & opem medicinali Reipub. attuliſti, & ad ferendam adhuc te appoſitum perbellè oſtendiſti. Nihil aliud inquam mihi dicendum ſupererat, præter quàm quod nomen tuum, quod fama circumferre vales, iniuria laceſſere nolis. Tenebar vtique tibi omnia hæc confeſtim explanare, & quin minus id præſtare potuerim, debuerimque (veluti optabam, & maximopere) nõnulla interdixerũt haud equidẽ quin vt tibi litteras darẽ, ſed vt examen ipſum quod quaſi deglutiui bimaſticare poſſem: quod & nunc præſtiti, & præſtans primæ de ipſo conceptæ opinioni vndequaq; reſpondere adinueni. Præſtiti inquam quia potui, mea poſtquam vxor ex difficillimo morbo, à quo diu conflictata fuit, conualuit, ægrotantiumque me & occupantium, & dictrahentium numerus, hyeme hucuſque progrediente, tandẽ eſt diminutus: Tempus vt potè, & libros, & Bibliothecas nos uiſcere non permittens modò, verum & impellens. Quo fit, vt meam de more perluſtrans ego duos adhuc, ſecunda quadam fortuna ſolutos adeſſe inueni ex libris meis, quos de Gelidi Potus abuſu inſcriptos annis tranſactis in lucem edidi. Quorum vnum veluti me tibi debere ſciebam, nunc mitto, quamuis & alias tibi oſtendiſſe Bernardinum Mareſcalchium, mihi aperueris, quem vtpotè amicum optimum, & eruditum Medicum, & amo plurimum, & vt verbis meis ſalutem ei dicere velis, veluti & rogo, ita & Deum optimum maximum toto mentis impetu obſecro, vt te omnibus in rebus perpetuò fortunare velit. Interim benè vale, & vt ſoles me ama. Ceſenæ IIII. Non. Februarij. CIↃ. IↃ. XC.

FINIS.

INDEX RERVM notabilium, quæ hoc opere continentur.

A

ABortum fœtus inanimati tentare non licet pag.69

Abortum prouocare quando non ſit peccatũ Canoniſt. & Summiſt. opinio. 68

in Abortu mulier multa ſubijt vitæ pericula. 70

Abortum prohibentes medici. 67

Abortum conſulens, vel procurans medicus mortaliter peccat. ibidem. 69

Abortum procurantium excommunicatio. 71

Abortum quo caſu Hipp. conſuluerit. 68

Abortum in morbis acutis tentare haud licet. 70

Aborum ab omnibus legibus prohibitum, & penas impoſitas fuiſſe. 66

contra Abortientes lex diuina. ibidem, & lex humana. 67

Abſceſsus quis tutò ſeccare poſſit. 46

Abſceſſuum in ſectione quinque ſunt obſeruanda. 45

Abſolutio cuiuſdam caſus Papæ tantum reſeruata. 119

Abſolutionem ab irregularitate petat à Pontifice Medicus ſacris initiaturus. 152

S. Aegidij exemplum. 131

Aegritudo corporis nonnunquam animi fortitudinem auget. 130

Aegritudinum ſanationi Deus, Medicus, & medicamenta concurrunt, & quomodo. 138.

Aegritudinem vtilem eſſe Ethnicorum exemplo probatur. 132

Aegritudines ex peccato ſæpe oriuntur. 47

Aegritudines multum ſaluti noſtræ conferũt. 130.

ex Aegritudinibus corporis Deus ſalutem animæ, Sathan verò interritum quęrit. 143

Aegritudinem vtilem eſſe canonum ſacrorũ teſtimonio probatur. 132

Aegros ſanando Medicus diuinam largitatem imitatur. 30

Aegrorum graues morbi occaſiones medicum occultare oportet. 84

Aegrum medico obedire non teneri Summiſt. opinio & eius confutatio, 139.140.

Aegrotus occaſionem morbi Medico explicari debet. 84

Aegrorum dempta obedientia & vniuerſa ars medica tollitur. 141

Aegris omnibus eadem auxilia non conueniunt. 9

Aegris medicorum auaritia eſt damnoſa. 87

Aegrotos diuites mercedem ſoluere nolentes Medicus curare debet, & quo caſu mort. peccet eos non curando. 103

ab Aegroto ſiue heredibus Medicus mercedem exigere poteſt. 104

Aegrotantium aliquorum auaritia. 103

Aegrum non curans medicus quando mort. peccat. 101

Aegrotantium abſentium curatio ardua, & referta periculis exiſtit. 16

Aeger quando peccet mor. & quando venialiter. 142.143

Aegrotos Medici antiqui ſine mercede curabant. 91

Aegrotis citò ſuccurrendum eſt à Medico, & non procraſtinandum. 14

Aegros curãdo medicus qua negligentia mortaliter peccet. 15

† Aegro-

INDEX.

Aegrotantium errore quæ damna ſequuntur 142.

Aegro moriente medicus, ac tonſor quando peccent. 47

Aegrotorum in curatione diligentia, ac ſtudio opus eſſe. 13

Aegrum inuitum curandum eſſe, & neceſſaria prouidenda à medico. 195

Aegro nil pernitioſius quam habere plures medicos inter ſe maleuolos & diſidentes. 166

Aegros cito curandos eſſe, nec morbum eſſe protrahendum. 32

Aegrotantis in gratia aliquid leue etiam adhiberi poſſe. 99

Aeger quibus in caſibus poſſit ſine peccato medicum reicere, ac medicamenta. 137

Aegrotos pauperes quærere medicum non teneri. 102

Aegrorum in curatione, & miniſtratione cauti ſint Sacerdotes. 152

in Aegro medicus nullam poteſtatem habet. 140.

Aegris omnibus commune deſiderium eſt ſanitatem adipiſci 19

Aegrotorum in contrectatione honeſtè & caſtè medicus ſe gerat. 107

Aegrotantes medicus libidinosè tangens mor. peccat. 108

Aegro, & medico periculoſum eſt niſi in morbis periculoſis fiat monitio ad confeſſionem 51

Aeger differens, vel reſpuens confeſſionem poſt triduum an ſit à medico deſerendus. 53

Aegrum medicus ante curam ad confeſſionẽ non ſuadens quando mort. peccat, & fiat periurus, & quando non. 50

Aegros ad confeſſionem in quibus nam morbis teneatur medicus hortari. 51

Aegrotos ſuam Aromatariam adire cogens medicus, ac nimijs, & inutilibus ſumptib. non parcens peccat mor. 99

Aegros medicus deſerendo quib. in caſib. non peccat. 24

Aeger in graui morbo medicum & auxilia reiciens mort. peccat. 136

Aegris in quibus aliquando ſit gratificandum & quando. 28

Aegro mortem nuntiare medicus in quib. caſibus teneatur. 57

Aegro deploratæ ſpei valde noxia nec concedenda nec imperanda ſunt. 29

Aegrotum non eſſe deſerendum niſi morte, vel ſalute ſecuta. 23

Aegrotantes deplorati non ſunt omni auxilio deſtituendi. 38

Aegrotantibus vſque ad vltimum interitum vel ſanitatem integram ſuccurrere melius eſt. 24

Aetius quo caſu abortum conſuluerit. 68

Aegyptij morte plectabant medicos ex proprio capite curantes. 11

Alexander Imperator Medicorum pluralitatem reprobauit. 164

D. Ambroſius medicorum præcepta palam damnauit. 130

Amarum à caloris exceſſu fit. 170

Amaris lumbrici necantur. 171

Amari ſaporis facultates. ibid.

Amari ſapores omnes non modo calidam, ſed & ſiccam facultatem oſtendunt. 170

Amarum hominibus, & viuentibus eſt inimicum. 171

Amarorem inſignem baccis inexiſtere. 170

Anathomes vtilitas, & præſentia. 119

Anathomen ſine licentia exercens peccat, non tamen excommunicatur. 121

